




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Canones Congregationvm Generalivm Societatis Iesv


Jesuiten


Romae, M. D. XC.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68269](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68269)



Th 5234





CANONES
CONGREGATIONVM
GENERALIVM
SOCIETATIS
IESV

CVM ALIIS NONNULLIS
ad praxim pertinentibus.



ROMAE In Collegio Societatis IESV.

M. D. XC.

CVM FACVLTA TE SVPERIORVM.

Coll. Luc. Iesv Rom

Th 5234

Th
5234

Hoc volumine continentur.

Canones primæ Congregationis generalis. pagina 1.

Formula votorum simplicium, quæ Professi
emittunt. pag. 10.

Canones secundæ Congregationis generalis.
pag. 12.

Formula acceptandorum Collegiorum. pag. 27.

Canones tertie Congregationis generalis. pa-
gina 31.

Canones quartæ Congregationis generalis.
pag. 39.

Formula Congregationis generalis. pag. 49.

Formula Congregationis Prouincialis. pag. 84.

Formula Congregationis Procuratorem. pa-
gina 101.

Formula eligendi Vicarium generalem. pagi-
na 107.

Officium Vicarij generalis. pag. 111.

Regule Assistentium. pag. 117.

Regule Admonitoris. pag. 125.

I N D E X

I N D E X E O R V M, Q V A E

in Canonibus continentur.

Admittere.



ADMITTI possunt in Societatem qui sunt ex ordine militari Christi. Can. 5.

Congr. 1.

Admonitor.

Admonitor Patris Generalis potest esse, & non esse ex Assistentibus, Professus tamē quatuor votorum Can. 24. Congre. 4. Cuius officium vsq; ad noui Generalis electionē durat Ibidem.

Admonitore Generalis mortuo, aut diu abfuturo, substituendus est alius Can. 19. Congreg. 3. In qua substitutione sufficit approbatio Prouincialium, qui sunt in Europa. Can. 25, Congr. 4.

Aedificia.

Aedificia nostra utilia ad habitandū esse debent, sed pauperati nostrae conuenientia. Can. 11. Congr. 1.

Aedificiorum nostrorum forma ad Generalem referenda est Can. 9. Cong. 2.

Alere.

Prouinciales, Commissarium, & Generalem ipsum alet ea Do-

mus, vel Collegiū, vbi erunt: in itinere autem, quibus bono erit illud iter Can. 10. Cōg. 2.

Assistens.

Assistentium officium vsque ad noui Generalis electionē durat Can. 31. Cong. 2.

Assistentis officium, etiam propter aduersam valetudinē, dimitti non potest, sine consensu Societatis Can. 35. Cōg. 1.

Assistentes dicere, & facere circa Generalem, quomodo intelligendum sit Can. 34. Congre. 1.

Generalis diutius Roma abfuturus, aliquem ex Assistentibus secum ducere debet; potest etiam plures, si velit Can. 28. Congr. 1.

Assistens alijs rebus vacare nō debet, quibus impediatur in officio suo Can. 37. Cong. 2.

Nullus Assistens erit Superior Domus Professae Romanae. Can. 27. Congr. 4.

Assistentes non debent facile ablegari a Generali. Si tamen mittantur, obedire debent. Can. 37. Congr. 1.

Si Pōtifex aliquo mittere vellet Assistentem, a Generali eū, vt plurimum, informari oportet, vt potius alium mittat Ca-

† 2 no. 36.

I N D E X

no 36. Cong. 1.

Assistens, si male se gerat, potest a Generali suspendi ab officio non tamen remoueri.

Can. 37. Congr. 1.

Assistens in quibusuis Congregationibus generalibus interesse debent cum suffragio Can. 14. Cong. 4.

Assistentes antiqui sedeant in Congregatione inter Prouinciales, noui autem suo loco, statim tamen officio suo fungi incipient. Can. 31. Con. 2.

Assistentium substituti a Congregatione eligi non debent. Can. 20. Congr. 3.

In substituendo Assistente sufficit approbatio Prouincialium, qui sunt in Europa Can. 25. Congr. 4.

Barba.

Barba a nostris non nutrienda Can. 24. Congr. 1.

Beneficia.

Nostri ante professionem, quando, & a quo cogi possint ad beneficia relinquenda Can. 1. Congr. 1.

Beneficiorum curatorum vnioues non admittendæ Can. 8. Cong. 2.

Beneficia personis de Societate non admittenda, Can. 2. Congr. 1.

Bona.

Promissio distribuendi bona primum annuum, non est votum, sed simplex promissio aliqua conditione affecta. Cano. 1. Congr. 3.

Qui sua bona distribuere vult Societati, debet ea relinquere dispositioni Generalis in eadem Prouincia Can. 3. Cō. 2. Eadem Prouincia intelligitur, in qua sunt bona, habita tamen ratione Principum, si plures in ea sint. Can. 3. Congre. 3.

Licet cum licentia Generalis pacisci de bonis suis cum propinquis; sed illi prius monendi sunt Societatem ad ea nullumius habere. Can. 3. Congre. 3.

Circa bonorum distributionem declarantur Constitutiones quarti capitis Examinis. & primi capitis tertie partis, & tertij capitis nonæ partis Cano. 3. Congreg. 2.

Cantus.

In cautu Missæ diebus tantum Dominicis, & festis, nisi ex grauissima causa dispensare debet Generalis Cano. 25. Congr. 1. & Can. 24. Congre. 2.

Cantus in nostris Ecclesijs sit simplex non figuratus, aut firmus, & in ijs tantum locis retinen-

I N D E X

tinendus, vbi per nostros con-
mode exerceri potest. Can. 9.
Congr. 3. Generalis tamen di-
spesare poterit, præsertim in-
ter hæreticos, & infideles ibi-
dem.

Capellania.

Capellanix in nostris Eccle-
sijs non sunt erigendæ. Can.
10. Congr. 1.

Carcer.

Carceris vsus in Societate Ge-
nerali relinquitur. Canon. 31.
Congr. 1.

Casuum reseruatio.

Casuum reseruatorum amplia-
tio, vel restrictio pertinet ad
Generalem. Can. 4. Congr. 2.

Catalogus.

Catalogum Patrum, & fratrum
semel in anno Præpositi, &
Rectores conficere, & ad Pro-
uinciales mittere debent; &
hi ad Generalem Canon. 28.
Congr. 2.

Coadiutores.

Coadiutor spiritualis futurus,
si ad altiora studia non sit pro-
mouendus, quibusnam stude-
re debeat Cano. 17. Congr. 2.
Coadiutorum temporaliu pile-
lea, & indumenta distinguen-
da & a nostris Sacerdotibus,
& ab hominibus sæcularibus.
Can. 23. Congr. 1.

Coadiutores temporales, qui

inseruiendi Missis officium
habent clericali pileo vtatur
Can. 26. Congr. 1. Qui cum in-
seruiunt Missis, superpelliceo
vti poterunt, cum facultate
Generalis. Ibidem

Collegia.

In Collegiorum multitudine
admittenda, adhibenda est
moderatio; & potius quæ iam
admissa sunt roboranda Can.
6. Congr. 2.

Collegia nõ bene fundata, qua
ratione sustentari, aut retine-
ri possint. Can. 7. Congr. 2. &
Can. 6. Congr. 3.

In collegijs non plures tenen-
di, quam ali possint ex reddi-
tibus, vel elemosynis consue-
tis. Can. 12. Congr. 2.

Collegiorum protectio nem su-
scipere possunt amici sine no-
mine iuridico. Can. 7. Congr.
Cũ ad dissolutionem Domus
vel Collegij sine Congrega-
tione generali necessitas vr-
get, quorum nã sunt exquirẽ-
da suffragia Can. 4. Congr. 4.

Commissarij.

Commissarij ad visitandas Pro-
uincias tertio vel quarto quo-
que anno, vel quando Gene-
rali videbitur mittẽdi sunt. Ca-
no. 35. Congre. 2.

Commissarij non sunt officia-
les ordinarij, & eorum pote-
stas in Europa per Generalis

I N D E X

mortem expirat. Can. 33. Cōgre. 1. & Can. 35. Cong. 2. & Can. 23. Cong. 4.

Cōmissarij nō habent suffragiū in electione Generalis, nisi ab aliqua Prouincia eligantur. Can. 33. Cong. 1.

Concionator.

Concionatores vt idonei sint, Generalis curare debet. Can. 27. Congr. 2.

Priuelegium, vt nostri etiam nō ordinati cōcionari possint, retinendum. Ibidem.

In concionibus præmittenda salutatio Beatæ Virginis, & superpelliceum adhibendum. In lectionibus autem factis, secundum vsus Regionis, vt etiam stola. Can. 13. Cong. 1.

Confessarius.

Confessarij vt idonei sint, curare debet Generalis. Can. 27. Cong. 2.

Congregatio.

Congregationi generali nullū certum tempus præscribendū, sed in Congregatione Procuratorum tertio quoque anno statuendum, an cogi debeat. Can. 29. Cong. 2. In qua Procuratores, & Assistentes habent suffragium cum Patre Generali, qui duo suffragia habet. Ibidem.

Qui ad Congregationem generalem cum Prouinciali vēturi

sunt, semper debet eligi a Cōgregatione Prouinciali. Can. 17. Congr. 4.

Constitutiones.

Constitutiones firmæ, ac ratæ habendæ, prout in originali P. N. Ignatij habentur. Can. 4. Cong. 1. nec sunt expungendæ, quæ ratione temporū, vel alia de causa in praxi nō sunt. Can. 2. Congr. 3.

Cōstitutionum versio a quarta Cōgregatione approbata, pro vulgata habeatur. Can. 3. Congre. 4.

Conuictores.

Conuictorum cura, si fieri posset, dimittēda: sed relinquitur iudicio Generalis. Can. 5. Congre. 4.

Corrector.

Corrector externorum Scholasticorum retinendus, potest tamen Generalis dispensare. Can. 17. Congr. 1.

Definitores.

Definitorum duplex genus, & quomodo a Congregatione generali eligi debeant. Can. 20. Cong. 4.

Doctrina Christiana.

Doctrinam Christianam docere tenentur Professi, & Coadiutores spirituales formati per quadraginta dies intra annum. Can. 20. Congr. 2. item

I N D E X

item & Rectores. Can. 15. Cōgre. 2.

Doctrina Christiana, præter id quod ad probationes pertinet, valde cōmendatur Professis Can. 21. Cong. 1. Cōmendatur etiam Generali, vt frequentius a nostris exerceatur. Can. 20. Cong. 2.

Doctrina Christiana doceri potest canendo. Can. 14. Congre. 1.

Domus.

Domus probationis in singulis Prouincijs instituendæ. Can. 1. Cong. 2.

Cōmēdatur Generali, vt Domibus professis erigendis animū applicet. Can. 17. Cong. 3.

Fundator Domus professe est, qui dat Domum & Ecclesiam instructam: pro eo sunt suffragia in Prouincia, absque candelæ traditione. Can. 18. Congre. 3.

Domus professe non possunt habere bona immobilia in cōmuni, quia Societas cessit iuri suo per Concilium Tridentinum concessio. Can. 21. Congre. 2.

Eleemosyna.

Eleemosyna vt nobis potius quam alijs detur, suadere non licet cuiquam externo, sed simpliciter illā amore Dei

petere, necessitates nostras explicando. Can. 22. Cong. 2. Non licet in Ecclesijs nostris tenere arculā, etiam pro eleemosynis aliorum. Ca. 23. Congre. 2.

Constitutio de non admittendis eleemosynis in Collegijs, quæ duodecim Scholasticos alere possunt, ad finem ædificationis, arbitrio Generalis, exigenda est, & in ea ipse dispensare potest. Can. 7. Congre. 3.

Examen.

Examen ordinandorum, & aliorū refugere debent nostri: si tamen non possunt, licet eis ferre iudicium de doctrinæ sufficientia, non de eorum admissione. Can. 19. Cong. 2. & Can. 7. Cong. 4.

Exequia.

Vide Sepultura.

Generalis.

Generalis retinere debet suam potestatem, iuxta Constitutiones, ad mutationes personarum faciendas, nō tamen sine causā, & cum detrimento aliorum Canon. 32. Congr. 2.

Generalī non licet mutare officiales, qui ab ipsomet creantur, durante Congregatione generali, nisi ipsa consentiente

I N D E X

te Can. 32. Cong. 1.
 Declarationes Generalis in cō-
 stitutiones & Decreta, nō ha-
 bent vim legis vniuersalis,
 sed valēt ad praxim bonæ gu-
 bernationis. Can. 21. Cong. 4.
 Generalis mandata non expi-
 rāt ipsius morte, excepta de-
 signatione ad professionem
 ad Prouincialem nondū mis-
 sa Can. 23. Congr. 4.
 Generalis, erit Præpositus Do-
 mus Professæ Romanæ Can.
 30. Cong. 2. Potest tamen ha-
 bere Vicepræpositum, cum or-
 dinaria Præpositorum pote-
 state. Can. 26. Congr. 4.
 Generalis ante obitum suum
 Vicarium sibi nominare de-
 bet Can. 18. Cong. 4.

Indifferentes.

Indifferentium gradus non
 debet durare post biēnium.
 Can. 2. Congr. 4.

Lites.

Lis nulla a nostris suscipi
 potest sine licentia Gene-
 ralis, aut eius, cui suas vices
 commisit Canon. 26. Con-
 gre. 2.
 Lites forenses fugiant nostri, &
 id curare debet Prouincialis.
 Ibidem.

Litteræ.

Ratio scribendi litteras ad Ge-

neralem, & ad alios Superio-
 res. Can. 28. Cong. 2.

Litteræ annuæ quomodo con-
 fici debeant Can. 12. Cong. 4.
 Quæ quantum ad res, & ad
 modum, & ad anni tempus
 quomodo scribendæ sint Ge-
 nerali relinquitur. Cano. 28.
 Congr. 2.

Mensa.

Benedictio in prima mensa
 communi danda est, se-
 cundum vsum Romanum: in
 secunda vero & priuata anti-
 qua benedictio retineri po-
 test Can. 6. Congr. 1.

In mensa Sacerdotes nullo in-
 ter se discrimine sedere; alios
 tamē, qui Sacerdotes nō sunt,
 præcedere debent. Can. 30.
 Cong. 1.

Mensa priuata a nullo teneri
 potest, nisi a Generali, vel cū
 eius dispensatione. Can. 5.
 Congr. 3.

Negotiatio.

Omnia, quæ speciem ha-
 bent secularis negocia-
 tionis nostris prohibentur.
 Can. 25. Cong. 2.

Nomen.

Nomen Don, vbi est insigne no-
 bilitatis secularis, tollendum.
 Can. 2. Congr. 2.

Noui-

Nouitij.

Nouitij biennio probati debent, non litterarum, sed mortificationis studio vacando: in secundo tamen anno, potest Prouincialis dispensare. Can. 1. Congr. 2.

Nouitij intra biennium, non sunt ad vota instigandi; & si ea emiserint, seorsim inter se renouare debent. Ibidem.

Oratio.

O Ratio per integram horam; præter duplex examen, quotidie facienda. Can. 6. Cong. 4.

Oratio non in vno loco ab omnibus facienda, nisi pro re aliqua extraordinaria ad tempus: sed cū Nouitijs, ante cœnam, Generalis dispensare poterit. Can. 12. Cong. 1.

Orationes & suffragia pro nostris defunctis, quæ sint faciendæ, extra & intra Prouinciã. Cano. 11. Cong. .

Peregrinatio.

IN peregrinationibus, & profectionibus nostri pedestri itinere, iudicio superiorum, vti debent. Can. 12. Cong. 3. In equitando autem, vt solius necessitatis ratio habeatur, curare debet Generalis. Ibidem.

Philosophia.

Philosophia ita tradenda, vt ancilletur Theologiæ, & ideo interpretes Aristotelis qui impie scripserunt, cum delectu legendi. Can. 8. Cong. 3.

Philosophiæ breues cursus nõ sunt instituendi. Canon. 17. Congre 2.

Princeps.

Nullus ex nostris assignandus est Principibus, aut alijs Dominis qui aulas eorum sequatur; nisi forte ad vnum, vel alterũ mensem Can. 38. Cong. 2

Processiones.

Processiones a nostris non sunt faciendæ, Generalis tamen potest dispensare maxime inter hæreticos, & infideles Can. 10. Cong. 3. Quod si ad eas cogarur, quomodo ire debent ibidem.

Procurator.

Procurator generalis ingreditur Congregationem post electionem Generalis Cano. 16 Congr. 3.

Procuratorem Romæ, vel alibi alere debent ij, quorum negotia agit. Can. 10. Cong. 2. Ibidem soluere debet expensas pro Procuratore externo, & Sollicitatore, & pro expeditionibus. Can. 11. Congr. 2.

Procuratores cum Electoribus non sunt adducendi ad Congregationem

gationē generalē, nisi vocentur a Vicario, & tunc eligendi sunt a Cōgregatione Prouinciali Can. 16. Cong. 4. neque possunt eligi nisi Professi, vel Coadiuuores spirituales formati. Ibidem.

Procuratores Professi quattuor votorum, in Congregatione Generali, post electionē, debēt sedere inter Electores: reliqui post eos suo ordine Cano. 19. Cong. 4.

Procuratores extra Europam, qui tertio quoq; anno veniūt ad Congregationem, debent esse Professi quattuor votorū & maxime idonei. Cano. 29. Cong. 2.

Procuratores, qui veniunt ex Prouincijs extra Europā, habēt suffragium ad electionem Generalis, si sint Professi quattuor votorū, & ad hoc electi. Can. 13. Cong. 4.

Procurator Sardiniae donec ipsa fuerit Prouincia separata, potest venire ad Cōgregationē post electionē Generalis, electus a Viceprouinciali cum Consultoribus, & Professis praesentibus Canon. 14. Congr. 3.

Ex Prouincia Lusitaniae, & Beticae quando potest eligi in Congregatione Prouinciali Procurator pro suis Indijs. Ibidem.

Professi.

In professione emittenda, non sunt addēda Ceremoniē Cano. 20. Cong. 1.

Professi trium votorū, post suā Professionem, eadē vota simplicia emittere debent, quae Professi quattuor votorum. Can. 10. Cong. 4.

Professi quattuor votorum debent subesse non Profellis, si sint superiores eiusde Domus vel Collegij Canon. 13. Congr. 3.

Professi & Coadiuutores formati tenentur ad obseruantiam omnium Regularum communium Can. 11. Cong. 4.

Prouinciales.

Prouinciales intra suas Prouincias mutare possunt subditos; sed non debent sine causa, & cum detrimento aliorum. Can. 32. Cong. 2.

Prouincialibus potest Generalis iniungere, vt quotānis suas Prouincias visitent Can. 29. Cong. 1.

Prouinciali in Europa mortuo, si nullus designatus sit, quis succedere debeat. Canon. 22. Cong. 4.

Prouincialium & aliorum officialium, qui creantur a Generali, potestas nō expirat morte Generalis, nec electione noui.

I N D E X

vi. Can. 32. Congr. 1.
 Prouincialium & Superiorum
 ordinariorum nominationes,
 etiam si non sint executioni
 mandatæ, non expirât morte
 Generalis Can. 23. Cong. 4.
 Prouinciarû institutio Genera-
 li relinquitur. Can. 30. Cõ. 2.

Rector.

Rectoris officio non est de-
 signandû certum tempus
 sicut Prouinciali designatum
 est trienniû Cano. 33. Cong. 2.

Regula.

Regulas condendi solus Gene-
 ralis auctoritatem habet Ca-
 no. 3. Cong. 1.

Scholastici.

Scholasticorû nostrorû Re-
 gula bis aut ter in anno pu-
 blice legendæ. Canon. 16. Cõ-
 gr. 2.

Scholasticis externis præmia
 dari possunt, modo ne nostro
 sumptu. Can. 16. Cong. 1.

Secretarius.

Secretarius, quando possit in-
 gredi Congregationem Pro-
 uincialem, & etiam Genera-
 lem Can. 15. Congr. 4.

Secretarij & Assistentis offi-
 cium melius diuersis personis
 committitur. Cano. 39. Con-
 gre. 1.

Seminarium.

Seminarium Societatis in sin-

gulis Prouincijs curandum,
 ad formandos Professores. Ca-
 no. 5. Conc. 2.

Seminaria Episcoporum, ex di-
 spensatione Generalis admit-
 ti possunt, & quomodo. Cano.
 13. Cong. 2.

Sepultura.

Sepultura in nostris Ecclesijs
 quibus, & quomodo conce-
 denda. Can. 8. Cong. 1.

Sacerdotes nostri eo habitu se-
 peliendi sunt, quo Sacerdotes
 eius Regionis, qui vero Sacer-
 dotes non sunt, sicut alij Cle-
 rici: poterit tamen Genera-
 lis in hoc dispensare Cano.
 27. Cong. 1.

Ad exequias nostrorum voca-
 ri possunt externi, cû vel de-
 sunt nostri, vel fiunt in alienis
 Ecclesijs. Ibidem.

Exequiæ pro Principibus, quã-
 do vniuersaliter fiunt, possunt
 & a nostris celebrari, sed sine
 pompa. Can. 9. Cong. 1.

Status.

De tempore admittendi nostros
 ad status Societatis, nihil est
 innouandum. Can. 8. Cong. 4.

Suffragia.

Vide Oratio, & Congregatio.

Superintendens.

Superintendentis nomen, sine
 re, non est vsurpandum, neque
 etiam officium, nisi necessariû
 fuerit. Cano. 34. Cong. 2.

Theo-

I N D E X

Theologia.

Theologiæ breues cursus non sunt instituendi. Can. 17. Cong. 2.

Vicarius.

Vicarius, Generali electo, habet locum in Congregatione inter Prouinciales. Cano. 13. Congr. 3.

Visitator.

Visitorum potestas expirat in Europa, morte Generalis. Cano. 23. Cong. 4.

Vniuersitas.

In actibus Vniuersitatum possunt nostri ferre aliqua insignia, quæ determinare debet Generalis. Can. 19. Cong. 1.

In Vniuersitatibus, nullus est promouendus in facultate, quam nostri non profiteantur. Can. 18. Cong. 2.

Cathedræ in Vniuersitatibus

sine oppositione, & gratis admitti possunt, consulto Generali. Can. 15. Cong. 1.

Ad Vniuersitatum nostrarum Scholas admitti debent, qui a Societate defecerunt, nisi sit scandalum. Can. 18. Cong. 1.

Vota.

Vota emissa in seculo suspensa in Societate sunt, præterquam Religionis determinata. Can. 22. Cong. 1.

Vota bis tantum in anno renouanda sunt. Can. 9. Cong. 4.

Votorum renouatio potest fieri etiã alijs festis, quã Paschæ & Natalis Domini, cum facultate Generalis. Canon. 14. Cong. 2.

Omnes, qui post biennium, emissis Votis, a Societate defecerunt, vt Apostatæ puniti possunt. Can. 1. Cong. 4.

F I N I S.

CANONES
 EX DECRETIS
 CONGREGATIONVM
 generalium extracti, & iuxta
 ordinem Constitutio-
 num digesti.

CANONES PRIMÆ
 Congregationis generalis,
 auctoritate Quarta
 recogniti.

Decret.
61. Con-
gre. 4.

Tit. 6.
Decret.
61.



NOSTRI, qui ante ingres-
 sum in Societatem habe-
 bant beneficia, non cogan-
 tur ea relinquere ante pro-
 fessionem, nisi iubente Ge-
 nerali, Commissario, vel
 Prouinciali post primum annum proba-
 tionis.

Circa
Exam.
cap. 4.
§. 5.

Tit. 6.
d. 60.

2 Si quæ beneficia personis de Societa-
 te conferantur, siue curata sint, siue sim-
 plicia, ne admittantur.

Exam.
c. 4. §. 5.

Tit. 6.
d. 64.

3 Solus Præpositus Generalis auctori-
 tatem habeat regulas condendi, & alij eã
 duntaxat, quam ab ipso acceperint; &
 cum ea si quid ordinabunt, transmittant
 Præposito, vt id examinet; etsi videat ex-
 pedire, confirmet.

Circa.
i. part.
constit.
in pro-
cœm. de
cl. §. 1.

Tit. 2.
d. 1.

4 Cõstitutiones firmæ, ac ratæ habẽdę,
 & etiam obseruandæ sunt, prout in exem-

Proœ.
decl. §.
1.

A plari

2 CANONES PRIMAE

plari originali Patris nostri Ignatij habentur.

- Tit. 6. 5 Seculares, qui emittunt vota in ordi- P. 1. c. 3
d. 50. ne militari vocato Christi, possint ad So- S. 5.
cietatem nostram admitti, licet credatur
non emissuros professionem apud nos.
- Tit. 6. 6 In benedictione mensę, & gratiarum Circa
d. 20. actione sequendus est vsus Romanus com- 3 p. Cō
& id in refectorio {nam in priuata sti. c. 1.
& secunda mensa } antiqua consuetudo S. 5.
retineri potest; & non sedēdo, sed stando,
Ex 4. benedictio, & gratiarum actio fiat.
- Congr. Tit. 6. 7 Habeantur amici, qui protectionem Circa
d. 71. suscipiant Collegiorum; sed nomina, quę 4 p. Cō
iurisdictionem dicant, vitanda sunt, ne sti. c. 1.
aliquando eorum aliqui plus satis sibi su- S. 3.
mant.
- Tit. 6. 8 Concedenda est sepultura in nostris P. 4. c. 2
d. 42. Ecclesijs ijs, qui Collegiorū nostrorū fun- S. 4.
datores extiterunt, vel fundationes iuue-
runt: Principibus etiam, & Prælati, qui id
voluerint; alijs autem personis, etiam be-
nemeritis non est id sine facultate Præpo-
siti Generalis concedendum. Quicumque
tamen illi fuerint, non videntur ea officia
pro eis publice dicēda, quę pro nostris fra-
tribus defunctis dicere solemus: & obser-
uetur ne cuiquam præiudicium fiat huius-
modi sepulturis, & vt nullus nostrum spon-
te se offerat ad eam licentiam petendam,
& ne ius sepulturę posteris eorum, qui ibi-
dem

dem sepeliuntur, acquirant.

Tit. 6. d. 41. Declara-
tur in 4.
Cong. d. 72.
9 In morte Principum, quando pro eis
exequiæ publicæ fieri solent per Ecclesias
ciuitatis, possunt in nostris Ecclesijs huius
modi exequiæ celebrari cum pheretro sine
pompa; celebrando scilicet Missas, vel si
vsus patriæ habet, etiam recitando Officiũ
defunctorum modo nostro simplici, vt fie-
ri solet in sepulturis nostrorum.

P. 4. c.
1. S. 4.

Tit. 6. d. 55.
10 Non expedit, vt Capellani, quibus
inferuiunt Clerici seculares, quos nostri
possint eligere, in nostris Ecclesijs eri-
gantur.

P. 4. c.
2. S. 4.

Tit. 6. d. 34.
Can. 9.
Cõg. 2.
- II - Modus imponatur ædificijs Domo-
rũ, & Collegiorũ, quod in nobis est, vt sint
ad habitadum, & officia nostra exercendũ
utilia, sana, & fortia, in quibus tamen pau-
pertatis memores esse videamur; vnde nec
sumptuosa sint, nec curiosa. De Ecclesijs
tamen nihil dictum est.

P. 4. c.
2. S. 3.

Tit. 6. d. 19.
12 Nostris præscribendũ non est, vt om-
nes in eundem locum, orationis causa con-
ueniant; quod de ordinaria oratione intel-
ligitur, non de extraordinaria, quæ pro re
nata publice ad tempus institui potest.

P. 4. c.
4. S. 3. &
4.

Ex 4. Cõg. d. 70.
{ Cum Nouitijs tamen in oratione ante
lecturam dispensari poterit, vbi Præpositus
Generalis expedire indicauerit. }

P. 4. c.
8. S. 3.

Tit. 6. d. 31.
13 Initio cõcionũ semper salutetur B.
Virgo, siue proœmium præmittatur, siue
non. Superpelliceo autem vtendũ est in ver-

- concionādum, & sola vero iuxta patriæ mo-
rem adhibeatur, vel non. In lectionibus sa-
crę Scripturę ad populum, superpelliceum
Ex 4. est adhibendū { nisi in ijs regionibus, & lo-
cong.d. cis, vbi in huiusmodi lectionibus non est
14. superpellicei vsus }
- Tit. 6. d. 14. Christiana doctrina canendo doce- P. 4. c.
58. ri potest, vbi ad maiorem ædificationem 8. §. 6.
id fore obseruabitur.
- Tit. 6. d. 15. Cathedrę publicę in Vniuersitati- P. 4. c.
39. bus, aut alibi, cum ea disceptatione suffra- 12. &
giorum, & oppositione, quę solet fieri, non 14.
sunt admittendę: si tamen sponte offeran-
tur ab Vniuersitatibus, aut Rectoribus ea-
rum, & gratis prælegatur, nec quisquam se
opponat, cum quo sit disceptandum, ad-
mitti possent, consulto Generali.
- Tit. 6. d. 16. Proponi, & dari possent munuscula P. 4. c.
44. quædã (quę præmia vocantur) scholasticis 13. §. 3.
externis, vt ea ratione inflāmentur ad stu-
dia litterarum: dummodo fratribus nostris
ne dentur, nec externis nostro sumptu, &
seruetur modus honestus, & religiosus.
- Tit. 2. d. 17. Constitutio Capitis decimi sexti P. 4. c.
21. quartę partis, pertinens ad correctionem 16. §. 5.
externorum scholasticorum, vt iacet est
retinenda, & seruanda; sicubi tamen necesse
fuerit, poterit dispensare Præpositus
Generalis.
- Tit. 6. d. 18. In scholis nostris, cum Vniuersitatū P. 4. c.
40. curā suscipimus, eos etiã admittere debe- 17. §. 3.

mus,

mus, qui à Societate post emissã vota defe-
cerunt, nisi ex admissione graue scãdalum
sequeretur: de quo iudex erit Præpositus
Prouincialis.

Tit. 6. d. 19 Quæ insignia ferre debeant Docto- P. 4. c.
res, & Magistri de Societate in Vniuersita- 17. S. 8.
52.

19 Quæ insignia ferre debeant Docto-
res, & Magistri de Societate in Vniuersita-
tibus, cum publicis actibus præsentent, per-
tinet ad Præpositum Generalem determi-
nare, vt ipse Constitutiones Vniuersitatũ
declaret. Non tamen incommodum est, si
nostri in his publicis actibus portent ali-
qua insignia, in pileo præsertim, vt sunt fi-
la illa serica, quæ ponuntur in medio pilei.

Tit. 2. d. 20 Constitutiones quintæ partis circa Circa
22. professiones emittendas seruandæ sunt, 5. p. C. 6
nec cæremoniæ addendæ. lti. c. 3.
S. 2.

Tit. 6. 21 Institutio puerorum in Doctrina 5. p. c.
d. 59. Christiana, præter id, quod ad probatio- 3. S. 3.
Can. 20 nes pertinet, valde commendatur profes-
Cong 2 sis, vt hoc pium opus, iuxta litterarum A-
postolicarum, & Constitutionum rationẽ
exequantur. Pater quidem noster Ignatius
iniunxit singulis professis, vt semel per
quadraginta dies id facerent.

Tit. 6. 22 Vota, quæ nostri cum adhuc essent P. 5. c. 4.
d. 53. in seculo emisserunt, (agitur autem de
alijs, quàm de Religionis determinatæ)
in nostra Societate suspensa sunt, etiam si
per professionem non tollantur: & ita ob-
ligationem eorum cessare, dum in Societa-
te manent, intelligatur.

- Tit. 6. 23 Ea indumenti ratione utantur Coa Circa
d. 16. diutores temporales, qua ipsi à nostris Sa- 6. p. Cō
cerdotibus, & à secularibus hominibus di- sti. c. 2.
stinguantur; sitque vestitus eorū honestus §. 15.
- Ex 3. iuxta morem patriæ { & pileorum quidem b. d. n. T
Congr. ratio Generalis arbitrio relinquatur, sic ta 37
d. 32. men ut prædicta distinctio seruetur }
- Tit. 6. 24 Nostri barbam ne nutriant.
- d. 35. 25 Servanda est Constitutio tertij capi P. 6. c.
Tit 2. d. tis sextæ partis, quæ dicit; Vesperas canta- 3. §. 4.
25. ri posse, non itē Missam; & non nisi ex gra-
Can. uissima causa dispenset Præpositus Gene- b. d. n. T
24. Cō- ralis, ut Missa cantetur, & id tantum Do-
gr. 2. & ralis, ut Missa cantetur, & id tantum Do-
Can. 9. minicis diebus, & festis.
3. Cong. 26 Coadiutores temporales, qui inser- P. 6. c.
Tit. 6. uendi Missis officium habent, clericali pi- 3. lit. B.
d. 16. leo utantur. Quod si alicubi expedire iudi-
cetur, ut, dum inseruiunt, superpelliceo
utantur, petatur facultas à Patre Gene-
rali.
- Tit. 6. 27 Obseruetur circa vestitum Sacerdo P. 6. c.
d. 30. rum mortuorum, quod de viuētibus dici- 4. §. 3.
P. 6. c. tur in Constitutionibus; ut scilicet utamur
2. §. 15. eo modo, quo Sacerdotes honesti eius re-
gionis, in qua versamur, uti solent. Fratres
vero, qui Sacerdotes non sunt, sepeliantur
eo modo induti, quo alij Clerici honesti,
qui Sacerdotes non sunt, sepeliri solēt {po-
Ex 4. terit tamē Pater Generalis dispensare, ubi
Cong. visū illi fuerit magis in Domino expedire
d. 6. ad cōmunē ædificationē, ut nō Sacerdotes
in eo

in eo

CONGREG. GENERALIS. 7

in eo vestimenti genere sepeliatur, quo dū viuerent, utebantur. } Quod autē attinet ad Officiū pro defunctis, Constitutiones seruentur, vbi in Ecclesia nostra funus celebratur, & numerus sufficiens nostrorum erit: vbi enim alterutrum deesset, possent externi vocari ad funera nostrorum.

Tit. 6.
d. 6.

28 Si Præpositus Generalis extra Urbē mitteretur, vel sponte iret, nō ad tēpus breue, arbitrio ipsius relinquendum est, an aliquos ex Assistentibus secum habere debeat, necne, prout negocia cōficienda, erūt plura, vel pauciora: vt socium tamen semper aliquem eorū apud se habere deberet.

Circa
8. p. Cō
sti. c. 1.
§. 7.

Tit. 6.
d. 32.

29 Poterit Præpositus Generalis Prouincialibus iniūgere, vt quotannis visitēt Domos, & Collegia suarum Prouinciarū; vel eorū arbitrio id relinquet, & ipsemet Cōstitutiones in hac parte interpretetur.

P. 8. c.
1. §. 7.

Tit. 6.
d. 27.

30 In mēsa, Sacerdotes præcedēt alios ad eū gradū non promotos; inter ipsos autē Sacerdotes, aut inter ceteros, qui Sacerdotes non sunt, nullus ordo constituatur.

P. 8. c. 7
§. 2.

Tit. 6.
d. 37.

31 De carceribus tenendis ius quidem est penes Societatem, vsus autem Præposito relinquitur.

Circa
9. p. Cō
sti. c. 3.
§. 10. &

Tit. 1.
d. 1.

Can. 23

Cōg. 4.

* Ex 4.

Congr.

d. 69.

32 Non expirat potestas Prouincialiū, & aliorum officialium per mortem Præpositi Generalis, nec per electionē noui; neq; licet eidem Præposito mutare huiusmodi officiales { * qui ab ipso Generali creātur }

11.
P. 9. c. 3
§. 18. &
15.

vsque ad dissolutionem Congregationis, nisi eidem Congregationi aliquem esse mutandum videretur.

Tit. 6. 33 Commissarij non erunt officiales or P. 9. c. 3.
dec. 12. dinarij, sed prout visum fuerit Præposito S. 20.
& 13. Generali expedire. Post mortem vero
Can. 35 Præpositi expirat {in * Europa} Commis-
Cong. 2 sariorum potestas. Nec ratione officij suf-
* Ex. 4. fragium habebunt ad electionem noui
Cong. Præpositi, nisi alioqui eligerentur inter
can. 23. illos ternos de ea Prouincia, in qua versa-
buntur tempore Congregationis Prouin-
cialis; ad quam vocari debebunt, & eligi
poterunt, vt veniant ad Congregationem
Generalem.

Tit. 6. 34 Cum dicatur capite quarto nonæ P. 9. c. 4
d. 3. partis, prouidentiam Societatis circa Præ- S. 2. 3. &
positum Generalem esse primum circa ex- 4. & c. 5.
terna, secundo circa corpus, tertio circa S. 2.
animam; & in capite sequenti dicatur, quod per Assistentes exerceat Societas hæc prouidentiam, qui in tribus dictis, dicent, & facient, quod in Domino iudicauerint expedire; Declaratur, quod verba illa, Dicere, & Facere, ita sunt intelligenda, vt coniunctim ad tria referantur; Facere quidem, & Dicere, ad duo priora, Dicere vero, idest Admonere per personam ad id deputatam, ad tertium tantum.

Tit. 6. 35 Sine consensu Societatis non potest P. 9. c. 5.
d. 5. dimitti officium Assistentis, etiã ob aduer- S. 3.
sam

Sam valetudinem in aere Romano; quod si per Societatem id licebit, Constitutio- num ordo in alio substituendo seruetur.

Tit. 6.
d. 7.

36 Si Pontifex quempiam ex Assisten-
tibus aliquò mittere vellet, discretioni Ge-
neralis relinquatur, an eum informare de-
beat, vt potius alium mittat: vt pluri-
mum tamen informari ab eo Pontificem
oportet.

P. 9. c. 5
§. 3.

Tit. 6.
d. 4.

37 Si mittatur Assistentis à Præposito
extra locum, in quo ipse residet; non se ex-
cusare debet, sed obedire. Ipsius tamen
Præpositi erit, Constitutionum meminisse,
quæ non esse facile ablegandum quem-
piam Assistentium statuunt.

P. 9. c. 5
§. 3. lit.
A.

Tit. 6.
d. 8.

38 Si male se gereret Assistentis adeo, vt
indignus videretur eo loco, posset interim
suspendi ab officij executione à Præposi-
to Generali; non tamen omnino remoue-
ri, nisi de consensu Societatis, iuxta Con-
stitutiones: poterit tamen alius à Præpo-
sito constitui, prout illæ dicunt in casu
mortis, & diuturnæ absentia.

P. 9. c. 5.
§. 3.

Tit. 6.
d. 10.

39 Licet in vnam personam coincide-
re possit Secretarij, & Assistentis officium,
melius est tamen diuersis personis hæc of-
ficia committi.

P. 9. c. 6.
§. 8.

In 1. Cō
gre. tit.
6. d. 23.
& in 3.
Congr.
d. 70.

10
FORMVLA VOTORVM
SIMPLICIVM,

Circa
par. 6.
Consti.
c. 2. §. 1.
& p. 10.
§. 6.

*Quæ professi emittunt post professionem iuxta
Constitutiones, extracta ex prima Con-
gregatione generali, & reco-
gnita à tertia.*



I G O . N. professus Societa-
tis Iesu promitto Deo om-
nipotenti coram eius Vir-
gine Matre, & tota curia
cœlesti, & coram Reueren-
do Patre Præposito Generali, vel coram
.N. locû Generalis Præpositi tenente, nun-
quam me acturum quacunque ratione, vel
consensurum, vt quæ ordinata sunt circa
Paupertatem in Constitutionibus Socie-
tatis immutentur, nisi quando ex causa iu-
sta rerum exigentium videretur paupertas
restringenda magis.

2 Præterea promitto, nunquã me actu-
rum, vel prætensurum, ne indirecte quidẽ,
vt in aliquam prælationem, vel dignita-
tem in Societate eligar, vel promouear.

3 Promitto præterea, nunquã me cura-
turum, prætensurumve extra Societatem
prælationem aliquam, vel dignitatem, nec
consensurũ in mei electionem, quãtum in
me fuerit, nisi coactus obedientia eius, qui
mihi præcipere potest sub pœna peccati.

Tum

FORMVLA VOTORVM. 11

Ex 3.
Cong.
d. 70.

4 Tum si quem sciam { aliquid præ-
dictorum duorum } curare, vel prætere,
promitto illum, remque totam me manife-
staturum Societati, vel Præposito eius.

5 Insuper promitto, si quando accide-
rit, vt hac ratione in Præsidentem alicuius Ec-
clesiæ promouear, pro cura, quam de ani-
mæ meæ salute, ac recta muneris mihi im-
positi administratione gerere debeo, me
eo loco, ac numero habiturum Præpositū
Societatis Generalem, vt nunquam consi-
lium audire detrectem, quod vel ipse per
se, vel quiuis alius de Societate, quem ad
id ipse sibi substituerit, dare mihi dignabi-
tur. Consilijs vero huiusmodi ita me paritu-
rum semper esse promitto, si ea meliora es-
se, quam quæ mihi in mentem venerint, iu-
dicabo: omnia intelligendo iuxta Societa-
tis Iesu Constitutiones, & Declarationes.
In tali loco, tali die, mense, & anno, &c.

CANO.

M V O T O R A I V M R O I

C A N O N E S S E C V N D A E

Congregationis Generalis aucto-

ritate Quarta reco-

gniti.

Decret.

61. Con

gre. 4.

D. 19.



VRETVR, vt in quauis Prouincia Domus aliqua probationis, vel coniuncta Collegio (in habitatione tamen distincta) vel separata quam cito commode fieri poterit, instituat: & biennio, ac bene probentur nouitij, non litterarum, sed mortificationis, ac profectus spiritualis studio vacando. In secundo tamen anno possit à Prouincialibus ex cōmissione Generalis, circa studium dispensari, habita ratione personarum, locorum, & temporum, prout in Domino expedire iudicabitur. Nouitij vero non modo ad vota emittenda non sunt hoc biennio instigandi, sed si sponte emitterent, non sunt admittendi ad ea renouanda cum alijs, qui biennium expleuerunt; sed seorsum { * ab illis ipsi nouitij simul inter se } id faciant.

* Ex 4.
Congr.
dec. 73.
D. 104.

2 Nomen illud honorificum, Don, vbi est insigne nobilitatis secularis, de Societate nostra omnino tollatur.

D. 28.

3 Circa distributionē bonorum ex patrimonio fratrum nostrorū proueniētium, qui ea in subsidium Societatis dare cupien-

tes

Circa
Exam.
cap. 1. §.
12. &
13.

Exam.
c. 4. §. 7.

Circa .
3. par.
Conti.
c. 1. §. 9.

res, Præpositi Generalis iudicio dispensationem relinquunt, probatur quod idē Pater Præpositus sensit, ut scilicet seruetur Constitutio capitis primi partis tertiæ, expresse mentione facta illorū verborum, quæ in eadem Prouincia distributionē faciendam insinuant. Et ea, quæ continētur quarto capite Examinis de dispositione bonorū, ita intelligēda sunt, ut instructio quædā generalis sit, & lex, qua nostri debeāt bona sua in veros pauperes distribuere, pro deuotione tamē sua. Quæ vero in parte tertia, capite primo, paragrapho nono continētur, intelligantur in particulari de illis bonis, quæ fratres in beneficiū Societatis, siue in particulari, siue in generali distribuere ex sua deuotione volūt. In quo casu, si Rectores, & Prouinciales iuxta declarationem eiusdem loci illis repræsentent, perfectius esse, ut bona sua dispositioni Præpositi Generalis relinquunt, tunc declaratum est, ut hæc bona in eadem prouincia tantum, & nō alibi Pater Generalis debeat distribuere: & ad hanc legem & intellectū, quæ in nona parte, capite tertio, paragrapho sexto habētur, interpretāda sunt, si quo pacto de nostris fratribus intelligi possūt. Quod si aliquis imperfectionē secutus, particulari alicui Societatis nostræ loco extra Prouinciā applicare bona sua velit, proponendum erit illi, ut dispositioni præpositi Generalis.

Can. 3.
cong. 3.
In exa.
cap. 4.
§. 1.

neralis relinquat, qui ea distribuet iuxta formam superius præscriptam: Aliàs ea bona à Societate nostra non admittântur; sed ea teneatur ipse in veros Christi pauperes extra Societatem dispensare: si vero ea alicui Collegio intra Prouinciam assignauerit, sit in manu Præpositi Generalis potestas probandi eam applicationem, vel improbandi. Atque in hunc modum Constitutiones hæc posthac conciliandæ, atque obseruandæ sunt.

D. 79.

4. Casus reseruati, qui à Reuerendo Patre nostro Laynez editi sunt, retineantur. Declaratio vero, & ampliatio, vel restrictio casuum spectat ad Reuerendum Patrem Generalem.

P. 3. c.
1. S. 11.

D. 13.

5. In singulis Prouincijs, vbi, & quando commode fieri poterit, curetur saltem vnũ institui seminarium Societatis perfectum ad formandos Professores, & alios operarios vineæ Christi, in humanioribus litteris, Philosophia, & Theologia, vt toti Prouinciæ postea sufficiant: sed vbi nostri docendi munus obituri sunt, paulatim, non præpropere huic negotio promouendo dent operam.

Circa.
4. p. Cõ
stit. in
procæ.
S. 1.

D. 11.

In 3.
Congr.
d. 30.

6. Adhibeatur in posterum moderatio in multitudine Collegiorũ admittenda: rogatque Patrem Præpositum Generalẽ Cõgregatio, & seruo commendat, vt potius applicet animum ad roboranda, & ad perfectionem

P. 4. c.
2. S. 1.

fectionem adducēda Collegia iam admiffa, quam ad noua admittenda. Et fi quæ ex ijs, quæ offeruntur, admittēda exiftimaret, eiusmodi fint, vt ad commune bonum Ecclefiæ Dei magnum momentum habitura videantur; & quoad eius fieri poffit, ita dotata, vel eam rerum vitæ neceffariarū commoditatem habentia, vt non tantum operarij fuffentari poffint, fed & is etiam numerus fcholasticorum, iuxta formulam datam pro accipiendis Collegijs a Reuerendo Patre noftro Laynez, qui pro feminario fit eidem Collegio futurus ad fui conferuationem: Nec admittantur, licet hæc omnia fuppeterent, fi non haberet Societas Rectores ac Magiftros, & demum operarios in vita, & doctrina idoneos, vt huic muneri poffe fatisfacere, auditis Affiftentium fententijs, iudicaret; & quidem fine aliorum Collegiorum detrimento.

Infrain
formu-
la acce-
prando
rū Col-
legio-
rum.

D.90. 7 Siqua Collegia fint hæcenus abfque
fufficienti dotatione fundata, in quibus
nec noftri legant, nec fcholasticos alant;
Can. 6. poterunt tamen illa hac ratione retineri,
Cōg. 3. fi ex fructibus videlicet eorum per publi-
cam aliquam perfonam conferuatis, detur
opera, vt plene fundentur. Noftri tamen
interim bonis illis non vtantur, fed ex elee-
mofynis viuant; ac fimul dent operam, vt
prædicta Collegia fufficienter etiam aliunde
dotentur.

P.4. e.2
5.2.

- D. 78. 8 Uniones beneficiorum, quæ curam animarum habent, non admittantur. P. 4. c. 2. §. 4.
- D. 103. 9 Ad Reuerendum Patrem Generalem referenda est forma, & modus ædificiorum nostrorum construendorum, vt ille iuxta decretum præteritæ Congregationis, quod sibi in Domino visum fuerit, statuatur. P. 4. c. 2. §. 5.
- Can. 11. Cõg. 1. D. 101. 10 Procuratorẽ, qui negotia agit cum externis, vel Romæ, vel alibi, alere debent ij, quorum negotia agit. Prouinciales vero, Commissarios, Generalem etiam ipsum alet ea. Domus, vel Collegium, vbi erunt. Quibus quando in itinere fuerint, expensas facient ij, quibus erit bono illud iter: si tamen pro Societatis gubernatione, vel negotijs iter faciunt. P. 4. c. 2. §. 5.
- D. 102. 11 Pro Solicitatore, pro Aduocato, pro Procuratore, & alijs officialibus externis: si quid præterea ad actionem, vel expeditionem alicuius negotij, vel litterarum Apostolicarum, vel Regiarum, & huiusmodi aliarum expenditur; id soluere debent ij, in quorum gratiam illud fuerit expensum. P. 4. c. 2. §. 5.
- D. 39. 12 Ne plures in Collegijs teneantur, quam ali possint, siue ex redditibus, siue ex eleemosynis consuetis. P. 4. c. 2. §. 6.
- D. 23. Can. 5. Cong. 4. 13 Seminaria Episcoporum gubernanda ne admittantur. Si tamen fundatio perpetua, & insignis eorum ita fieret, vt simul etiã coniunctum Collegium nostrum valde promo-

promo-

promoueretur, vel de nouo institueretur, & abundaret Societas operarijs idoneis, & libera eidem gubernatio committeretur; possent, ex dispensatione Præpositi Generalis, & non aliter admitti. Non dentur tamen huiusmodi Seminarijs separati Præceptores ab ijs, qui in Scholis nostris pro Societatis nostræ instituto prælegunt.

D. 83. 14 Quamuis in Constitutione capitis quarti quartæ partis designentur festa Paschæ, ac Natiuitatis Domini, quibus renouent vota Scholastici, tamen cum colligi possit ex declaratione eius loci, potestatem esse in Superiore Rectoris immediato, in aliquo particulari casu mutandi illa festa; facile interpretari possumus, in Generali Præposito esse facultatem in vniuersum illa festa mutandi: quod traditio vniuersalis à tempore ipsius Patris nostri Ignatij, vsu & consuetudine hæctenus corroborata confirmat.

D. 84. 15 Rectores cum teneantur ex Constitutione, & Declaratione capitis decimi partis quartæ, Doctrinam Christianam legere, vel docere per quadraginta dies; per se, vel per alium id præstare debent intra annum, postquam officium Rectoris inierint, continenter quadraginta diebus, vel interpolatim; primo quidem, quemadmodum doceri solent pueri, deinde etiam per Conciones, si

B ita

ita Superior censuerit. Præter illum annū eo quidem nomine non tenebitur Rector; sed alio poterit communi, vt in quodam decreto definitum est de Professis, & Coadiutoribus formatis.

Infra
Ca. 20.

D. 85. 16 Ex Declaratione vltima capituli decimi, quartæ partis colligitur, illas intelligi Constitutiones esse legendas, quæ sunt propriæ Scholasticorum nostrorū. Illæ vero, cum contineantur in regulis Scholasticorum; fit, vt illæ regulæ sint legendæ publice bis, aut ter singulis annis. Eas autem curabit Pater Generalis, si opus fuerit, emendandas.

P. 4. c.
10. lit.
L.

D. 88. 17 Nō expedit, vt breues cursus Artiū, vel Theologiæ instituātur: sed si qui ex ijs, qui futuri sunt Coadiutores spirituales ad altiora studia non videātur promouēdi, ij humaniorum litterarū studio, & cōpendio Dialectices contenti sint: quibus studijs instructi casus cōscientiæ audire poterūt.

P. 4. c.
15. 5. 2.
& 3.

D. 89. 18 Nō probatur vllum ad aliquā in nostris vniuersitatibus facultatem esse promouendum, quam nostri nō profiteantur.

P. 4. c.
15. 5. 4.

D. 91. 19 Quemadmodum hæctenus factū est in quibusdam locis, vt nostri ita examinēt promouēdos ad ordines, aut curæ animarum, verbo Dei, vel confessionibus audientis præficiendos; vt simul iudicium ferant de illorum sufficientia, & admissione; ita de cetero ne fiat: quandoquidē iudicamus
non

P. 4. c.
15. 5. 4.

non esse consentaneum nostro instituto. Quod si examinandi ministerium effugere nulla ratione possimus, illud tamen retineamus, ut iudicium de admittendis, vel non admittendis non feramus: sed illud omnino Prælati relinquamus. Possit tamen dispensare Reuerendus Pater Generalis, ubi hoc utile, & expediens esse in Domino iudicauerit.

Decla-
ratur in
4. Con-
gr. Ca-
no. 7.

D. 77. 20 Quiuis Professus quattuor, vel triū
Can. 21 votorum, post editam professionē, quiuis
Cōg. 1. etiā Coadiutor spiritualis formatus post
sua vota, intra annū per quadraginta dies
continuos, vel interpolatos Doctrinā Chri-
stianam pueros, atque rudes personas do-
cere teneatur. Præterea vero hoc tam san-
ctum exercitium visum est admodum Re-
uerendo Patri Generali commédandum,
ne vlllo vnquam tempore illius obliuio in
nostros animos irrepat: cum illud in vo-
torum nostrorum formula complectamur.
Curet itaque idem Reuerendus Pater Ge-
neralis, ut nostri frequentius, quemadmo-
dum ipsi in Domino expedire visum fue-
rit, in hoc tam pio opere exercentur.

Circa
5. p. Cō
sti. c. 3.
§. 3. lit.
B.

D. 48. 21 Cōgregatio toti^o Societatis nomine,
cessit cuiusq; iuri, proueniēti ex cōcessio-
ne Cōcilij Tridentini, ad habēda bona im-
mobilia in cōmuni, in Domibus Professo-
rum, vel eorum Ecclesijs, ut iuxta no-
stras Cōstitutiones, & vota, quæ post pro-

Circa
6. p. Cō
sti. c. 2.
§. 2.

fessionem emittuntur, paupertatem in professis, ac ipsorum Domibus retineremus.

D.75. 22 Quamuis ex eleemosynis viuat Societas, & opus bonum sit eleemosyna Societati collata, atque ad bona omnia inducere quosuis possimus; tamen ad maiorem ædificationem, & paupertatis nostræ sinceritatem, & puritatem, placuit præcipere nostris omnibus, vt nulli externo suadeant (nam de nostris in Constitutionibus, & Decretis dictum est) vt nobis potius quàm alijs pauperibus dent eleemosynam; sed contenti simus, vbi petimus eleemosynas quotidianas, illas simpliciter, ac plane amore Dei petere. Ad donationes vero quas-
 P.3.c.1. (nam de nostris in Constitutionibus, & s.9. & Decretis dictum est) vt nobis potius quàm supra alijs pauperibus dent eleemosynam; sed Can. 3. & Can. contenti simus, vbi petimus eleemosynas 3. Congre. 3. quotidianas, illas simpliciter, ac plane amore Dei petere. Ad donationes vero quas-
 cunque, siue legata, simpliciter etiã, & plane possimus tantum nostras necessitates explicare: definitionem tamen eius deuotioni relinquamus, a quo petimus has eleemosynas; ac proponere tantum illi possimus, vt ad orationem, & alia media accurrat, quibus possit de donatione, vel legato constituere iuxta id, quod ipsi Dominus inspirauerit, & ratio recta suaserit.

D.97. 23 Non sit arcula in nostris Ecclesijs ad eleemosynas accipiendas pro alijs, cum pro nobis omnino necesse sit eam poni non posse; vt non rem tantum euitemus, quæ nobis prohibita est, sed rei illius omnem speciem.

D.11. 24 Iuxta Constitutiones, & Decreta præ-

P.6.c.2
s.6. &
10.

P.6.c.2
s.8.

P.6.c.3
s.4.

Can. 25
Cōg. 1.
& Can.
9. Con-
gre. 3.
præteritæ Congregationis, & habita ra-
tione finis, quem ipsæ Constitutiones in-
tendunt; possit Præpositus Generalis can-
tum Missæ, & Vesperarum in hunc, vel il-
lum locum inducere, prout in Domino ex-
pedire iudicauerit. Vbi autem inductus ef-
set, si inutilis ad finem nostri instituti, &
proximorum ædificationem videretur, vel
deessent, qui bene id munus præstare pos-
sent, committitur Præposito Generali, vt
eum valeat reuocare, ac prohibere, si ita vi-
sum ei fuerit.

D. 80. 25 Omnia, quæ speciem habent secu- P. 6. c. 3.
laris negociationis, in colendis videlicet S. 7.
agris, vendendis in foro fructibus, & simi-
libus, intelligantur prohibita esse nostris.

D. 74. 26 Lites forenses, pro rebus præsertim P. 6. c. 3.
temporalibus, fugiant nostri omnes: & id S. 7.
curent Prouinciales efficere. Ac primum
compromissione rem adnitantur cõpone-
re. Quod si nulla ratione id possint assequi,
tamen non intendat quisquam e nostris li-
tem huiusmodi, nec omnino litem aliquã
abique consensu Præpositi Generalis, aut
eius, cui expresse suas vices ad hanc rem
ille commiserit. Nostris autem si lis inten-
datur, curent Prouinciales primum, vel a
parte, vel a Iudice peti, vel id consequi
per Principem, vt prius consuli possit Ge-
neralis Præpositus, quam liti respondere
cogantur. Nam fieri poterit, vt Generalis

Præpositus iubeat cedere nostros liti, & potius detrimentum temporale pati, quam litibus operam dare; etiam pro re alioqui debita.

D. 81.

27 Curabit Pater Generalis, vt qui sunt e nostris concionaturi publice, qui etiam confessiones audituri, ij sint ad ea munera obeunda sufficienter instructi; hoc enim ad eius administrationem attinet. Retineatur tamen priuilegium à sede Apostolica concessum, vt nostri possint concionari, etiam si non sint ad ordines promoti.

Circa
7.p. Cō
iti. c. 4.
s. 5 & 6

D. 73.

Can. 12

Cōg. 4.

28 Quædã sunt in ratione scribēdi, quæ in Declarationibus primi capitis octauæ partis cōtinētur; quæ modo bene obseruari non possunt, vnde remediũ per aliquã immutationem Constitutionum in ea parte adhibendum est. Rectores, & Præpositi locales scribant singulis hebdomadis ad suũ Prouincialem in Europa, iuxta Constitutiones. In India vero, & Brasilia, vt suis Prouincialibus visum fuerit commodum, & opportunum. Misi autē ad fructificandum in agro Domini, scribant ad eũ, quem designauerit ille, a quo misi sunt, singulis hebdomadis, vel quoties ipsis fuerit præscriptũ: & illis quidē rescribant sui Superiores semel in mēse, iuxta Constitutiones; his vero respōdebitur, quoties iudicauerit is, qui illos misit. Prouinciales omnium
Prouin-

Circa
8.p. Cō
iti. c. 1.
s. 9.

Prouinciarum Europæ scribant ordinarie ad Patrem Generalem semel quolibet mense: Rectores autem, & Præpositi locales tertio quoque mense. Ita tamé hæc accipiantur, vt extraordinarie possint scribere, quoties necessitas vrgebit. Prouinciales vero Indiæ, & Brasiliæ scribant Præposito Generali, quando se obtulerit nauigationis commoditas. Rectores autem, & Præpositi locales ex Indijs semel, ex Brasilia vero bis in anno, si se obtulerit occasio. Præpositus Generalis ad Prouinciales scribat secundo quoque mense, ad Rectores vero, & Præpositos locales sexto quoque mense; nisi aliqua necessitas prius ad respondendum suadeat. Reliqua, quæ spectant ad res, de quibus scribendum est, & ad modum, & ad quale anni tempus annuas litteras scribere debeant, hoc totum Patri nostro Generali relinquatur: vt ipse pro sua prudentia statuatur, quid facto opus sit. Rectores Collegiorum, & Præpositi locales Catalogum Patrum, & Fratrum conficiant; & informationem communem, semel in anno ordinarie & ad suos Prouinciales mittant, qui illos ad Præpositum Generalem mittent. Materia vero, & modus conscribendi hos catalogos, a Patre nostro Generali præscribatur.

D. 24.
In 4.
Congr.
d. 10.

29 Nullum tempus certum Cōgregationi Generali cogendæ præscribatur: sed ter

P. 8. c.
2. S. 1.
& lit.
B.

- & in Form. Congr. Procur. s. 1. & in For. Cong. Prou. s. 1. tio quoque anno veniant simul ex omnibus Prouincijs Procuratores, qui professi quatuor votorum, & viri maxime idonei sint, a Congregatione Prouinciali electi, & habeant ius suffragij, simul cum Assistentibus, & ipso Patre Generali, qui duo suffragia habebit; ad decernendum an cogi debeat Congregatio Generalis, nec ne.
- D. 52. 30 Prouinciarum institutio, iuxta prioris Congregationis decretum, Praeposito Generali relinquatur: qui tamen non nisi re diligenter considerata, & cum Assistentibus communicata, Prouincias instituire ad commune Societatis bonum debeat.
- D. 25. & 51. 31 Antiqui Assistentes (quorum officium vsque ad noui Generalis electionem durat) in Congregatione Generali inter Prouinciales habeant locum, secundum ordinem, & tempus suae professionis, ad suam sententiam dicendam: noui vero, si in ipsa Congregatione iam sint, maneat in suis locis, pro eius Congregationis tempore, in qua electi sunt; statim tamen sua potestate, & munere fungi incipiant in ijs, quae iuxta Constitutiones eis legitime conueniunt circa Patrem Praepositum. Nam quod ad Congregationem ipsam attinet, nihil ij, nisi suum suffragium, vt ce-
 teri habent.
- D. 16. 32 Sua legitima potestas ad mutationes personarum, constare debet Praeposito Generali,

P. 8. c.
3. s. 1.P. 8. c.
7. s. 2.Circz
9. p. Co.
sti. c. 3.
s. 2. &
9.

Generali, cui Constitutiones eam tribuunt; siue ab vno in alium locum eiusdem Prouinciæ, siue diuersæ, mutari conueniat; & etiam Prouincialibus intra suas Prouincias, iuxta Constitutiones: curandum tamè est per Superiorum prudentiam, vt non sine causa alicuius momenti, nec cum detrimento eorum, à quibus aliqui remouètur, tales mutationes fiant.

D. 87. 33 Vt triennium designatum est Prouincialibus, quo officium gerant suum, vt habetur tertio capite nonæ partis Constitutionum; non videtur similiter agendum in Rectoribus, nec addendum præterea ad Constitutiones, quæ de hoc nihil decernunt. P. 9. c. 3. §. 14.

D. 105. 34 Superintendentis officium, vel nomen vsurpandum non est in Societate, nisi vbi pro arbitrio Patris Generalis necessitas, vel magnitudo Collegij vtrumque postulauerit; nec enim nomen tantum retinendum est. P. 9. c. 3. §. 16.

D. 115. 35 Commissarij ad visitandas Prouincias tertio, vel quarto quoq; anno vel quâdo Præposito Generali, & cum qua auctoritate & iurisdictione videbitur, mittantur. Alij, qui continuû, & quasi ordinariû officium habeant in Prouincijs remotis, non con-

stituantur, iuxta Decretum primæ Congregationis; sed cum necessitas, vel utilitas magni momenti hoc officium iudicio Præpositi Gene-

Generalis requireret pro re nata possint huiusmodi Commissarij ab eo institui: qui, cū satisfactum fuerit causæ, propter quam instituti fuerint, pro eiusdem Generalis arbitrio, eodem officio defungantur.

D. 67. & 92. Can. 26. Cōg. 4. 36 Pater Generalis erit Præpositus Dominus Romanæ, & habebit alios officiales, quorum opera vratur ad gubernationem particularem eiusdem Domus. P. 9. c. 6. S. 5.

D. 93. Ca. 27. Cōg. 4. 37 Assistentes officio sibi a Congregatione Generali commissio incumbant, iuxta Constitutiones; nec alijs occupentur ministerijs, quibus a suo officio auocentur, vel impediantur. P. 9. c. 6. S. 10.

D. 57. 38 Nec Principibus, nec Dominis alijs secularibus, aut Ecclesiasticis assignari debet aliquis ex nostris religiosus, qui aulas eorum sequatur, & in eis habitet, vt Confessarij, aut Theologi, aut alio quouis munere fungatur: nisi forte ad perbreue tempus, vnus, vel duorum mensium. Circa 10. p. Consti. S. II.

FORMVLA ACCEPTANDORUM Collegiorum

*data a Reuerendo Patre nostro Laynez
Generali Præposito Societatis Iesu,
de qua fit mentio Canone sexto
secundę Congregationis
Generalis.*



CONSIDERATIS operibus, & ministerijs, quibus ad Dei gloriã, & animarum profectum Societas nostra occupatur; & considerata etiã obligatione caritatis, qua ex instituto tenemur in illis perseuerare; re prius præmeditata, & cum Patribus Assistentibus ad cõsultationem adducta, & Domino commendata, Visum est mihi, vt in Collegijs, quę deinceps Diuina Maiestas fundare dignabitur; nouæ a nobis obligationes nõ admittantur. Sed qui diuino instinctu, & Dei obsequio, quod Deo præstat in Societate, ac vtilitate, qua Dei gratia proximi iuuantur, commotus, Collegiũ ali quod fundare voluerit; pure, & libere absque cõditione vel modo, donationẽ faciat dotationis, quã Domino Deo nostro offerre vult. Societas vero non ex noua obligatione, sed ex illa sua antiqua, quã (vt diximus) habet, curet, vt secundum numerum eorum

Circa
4. par.
Consti.
c. 2. S. 1.
& 2.

eorū, qui ex tali fundatione sustentari poterunt, in tali Collegio numerus operariorum constituatur, qui quidem in illo iuxta nostrum institutum se exerceant in vinea Domini: de cuius diuina bonitate speramus, si Christiana hac simplicitate, quæ ipsi innititur, progrediamur, Societate perseveraturam puriorem, nec desitura illud præstare, ad quod secundum suam vocationem obligatur: Fundatoris etiam intentio ita implebitur; simulque tolletur hinc inde causæ inquietudinis, quæ ex humanis cautionibus oriri possunt, & solent; quæ quantumuis caute, & circumspecte transigantur, nihilominus semper ab humana astutia tabefactari possunt, vt ipsa experientia ostendit: quæ tam in alijs Religionibus, quàm in multis nostræ Societatis locis, nos docet, prædictum modum fundationis, partibus omnibus bene cedere, ad diuinum obsequium, & commune bonum, quod opratur.

2 In Collegio, vbi tres ponuntur Præceptores litterarum humaniorum, quartus etiã esse debet, qui illis substitui possit, & tres Sacerdotes, in quibus vnus Rector sit, reliqui duo vtilitati seruiant animarum. Vbi vero tales septem operarij sunt, cõuenit totidem saltẽ ibi Scholares alere, vt illud perpetuũ opus esse queat, succedentibus his in Sacerdotum, & Præceptorũ locum, vbi
aut

aut morte, aut ægitudine, aut alijs de causis nō possent officio suo fungi. Est etiā præter hos necessarius Minister vnus, cū Coadiutoribus quinque, videlicet Ianitore, Sacrista, Coquo, Emptore, & quodā alio, qui eos in omnibus adiuuet. Minimum itaque Collegiū viginti constabit ex nostris, vltra quos prouidendū erit, vnde Corrector, qui de Societate nō sit, alatur, ad eos castigandos pueros, qui Scholas frequētabūt, p̄t illi ab ipsis Præceptoribus præscribatur.

3 Si Collegium quinque Præceptores habeat ad humanas litteras, Latinas, Græcas, & Rhetoricam profitendum, substitutos alios duos habere necesse est: necnon quatuor, quinqueve Sacerdotes, vt præter illos tres Præceptores supradictos, eorum vnus lectionem Casuum conscientiaē possit profiteri; vt Sacerdotes illius regionis, qui parum erunt in ijs versati, hac in parte, quæ eis est necessaria, iuuari possint; quo ipsi melius officium suum faciant ad Diuinam gloriam. Vbi vero tales vndecim, aut duodecim Magistri, ac Sacerdotes conceduntur, totidem saltem Scholastici instituendi erunt ad operis perpetuitatem, vt superius dictum est. Minister etiā vnus cum sex Coadiutoribus. Itaque minimus numerus complebit triginta, extra Correctorem, in similibus Collegijs.

4 Si Collegium præter supradicta, Artium

tium

tium liberalium cursus volet suscipere, vltra illum numerum nostrorum, viginti addendi erunt, partim Præceptores, partim Discipuli; ita vt omnes simul conficiant numerum quinquagenarium.

5 Si Societas alicuius Vniuersitatis, aut Generalis studij curam susceptura esset, adiungeretque suprædictis scholasticam Theologiam, & sacram Scripturam; huiusmodi onus admittere non debbit, nisi cõmode prouideatur, vnde septuaginta, aut ijs plures Collegæ possint ali; vt Superiori numero accedant viginti, partim Præceptores, & partim Discipuli. Et expediret, vt hic numerus adhuc augeretur, quo non tantum opus huiusmodi perpetuo duraret, verum etiam ex eo Collegio insignes aliqui operarij possent excerpi, ad commune bonum in his, & illis locis promouendum.

6 In Collegijs, vbi Societas proprias non habet scholas, præter scholasticorum numerum, sunt etiam necessarij Rector, ac Minister; & si magnus numerus inibi esset, adhuc Subminister; Coadiutores vero secundum numerum Collegarum, In huiusmodi vero Collegijs collocari poterunt operarij secundum commoditatem, quam habet Societas, & dispositionem messis in Populo.

CANO.

CANONES TERTIAE

Congregationis Generalis aucto-

ritate Quarta reco- gniti.

Decre. 61. Cō gr. 4.

D. 29.



CTVS ille, quo is, qui in Societatem admittitur, promittit se post primum annum bona sua distributurū; nec votum est, nec solum propositum, sed promissio

Circa Exam. c. 4. §. 2.

simplex illa conditione affecta, scilicet, si is perseverauerit, & Superior illi iniunxerit. Constitutio vero ut sonat, obseruanda est: praxis autem Constitutionis huius, iudicio Praepositi Generalis, qui maius Dei obsequium intuebitur, est relin- quenda.

D 33. lu Cō- gr. 2. d. 73.

2 Nullo modo expungendæ sunt Con- stitutiones, quæ ratione temporum, vel alias ob causas in praxi nō sunt: sed potius oportet, ut inuiolatæ permaneant, ut qua- les a Sanctæ memoriæ Reuerēdo Patre no- stro Ignatio acceptæ sunt, tales omnino ad posteros transmittantur.

Circa. 1. p. Cō sit. in proce. decl. §. 1.

D. 26. Can. 3. Congr. 2.

3 Eadem prouincia, in qua primo capi- te tertiæ partis Constitutionum, distribuē da esse dicuntur bona nostrorum, quæ illi Societati dare volunt; intelligenda est, in qua sunt ipsa bona, non autem in qua quis Societatem ingreditur, aut versatur. Sumi- tur

Circa 3. par. Consi. c. 1. §. 9.

tur

tur autem Prouinciæ nomen more Societatis, prout scilicet vni Præposito Prouinciali subest. Quod si in eadē Prouincia sint plura Domina diuersis Principibus subiecta, diligēter seruetur eadem Constitutio; vt scilicet in transferendis huiusmodi bonis ex vno Dominio in aliud eiusdem Prouincię, habeatur ratio Regum, Principum, ac aliorum Potentatum, ne illis causa vllæ offensionis detur, sed ad maiorem ædificationem omnium, & spiritualem vtilitatem animarum, & ad Dei gloriam omnia cedant. Præter hæc autem, si quæ aliæ difficultates orientur, eas prudentia, & auctoritas Patris Generalis submouebit.

D.61. 4. Quamquam nostris, qui de bonis suis disposituri sunt, liceat pactiones cum suis parentibus, & quibuscumque alijs de legitima parte, & alijs bonis ad se pertinentibus inire; admonēdi tamen sunt illi prius, Societatem ipsam ad ea bona nullum ius habere. Sed ne pactiones huiusmodi fiant, nisi prius Generalis Præpositus informetur de conditione disponentis, & de re tota; & uniuersa huius rei praxis ex ipsius iudicio exerceatur.

D.60. 5. Regula illa de separata mensa Superiorū, de qua in prima Cōgregatione facta fuit mentio; de cetero vim non obtineat. Per hoc tamē non excluditur antiqua illa consuetudo a Patribus Generalibus cū ratione

P.3.c.1.
S.9.

P.6.c.
2.S.12.
& in 1.
Congr.
tit.2., d.
24.

In 1.
Congr.
rit.4. d.
5.

P.3.c.2.
S.3.

tione obseruata, tam in sua mēsa, quam vt etiam cum alijs ex causa dispēsetur, prout in Domino magis expedire existimauerit ipse Reuerendus Pater Generalis.

D. 67.
Can. 7.
Cōg. 2.

6 Collegia, in quibus propria Collegiorum munia nō exercentur, vel quia inchoata quidem, sed non plene constituta sunt, vel quia ædificandi necessitas non patitur nostros legere, nec Scholasticos illic salu, Præpositus Generalis iudicabit, an, & quādiu ex eleemosynis, vel ex redditibus viuere debeant, & faciet quod in Domino expedire iudicauerit.

Circa
4. p. Cō
sti. c. 2.
s. 2. &
6.

D. 37.

7 Tam intelligentia, quam praxis illius Constitutionis capituli secundi, partis quartæ, paragrapho 6. in qua dicitur, Nec eleemosynas, nec dona vlla admittenda esse in ijs Collegijs, quę duodecim Scholasticos præter Præceptores, ex proprijs redditibus alere possunt; exigenda est ad finem ædificationis: & arbitrio Patris Generalis relinquitur, vt habita ratione huius finis, & Constitutionis vsum præscribat, & eandem interpretetur, & si opus esset in ea dispēset.

P. 4. c. 2.
s. 6.

P. 4. c.
14. s. 3.

D. 72.

8 Reuerendus Pater noster Præpositus Generalis commendatum magnopere habeat, vt Præceptores nostri, qui Aristotelē interpretantur, non nisi cum magno selectu interpretes eos legāt, qui cōtra Christiana dogmata impie scripserūt, & maxime ad ea

C impu-

impugnanda, quæ Christianæ veritati ad-
 uersantur, & ita Philosophiam interpretē-
 tur, vt vere Theologiæ scholasticæ, quam
 nobis commendant Constitutiones, ancil-
 lari, & subseruire faciant.

P. 4. c.
 12. S. 1.
 & c. 14.
 S. 1.
 D. 58.

9 Cantus in Ecclesijs Societatis indu-
 ctus iuxta declarationem capituli tertij, par-
 tis sextæ, sit deuotus, suauis, & simplex, non
 figuratus, aut firmus: & in ijs tantum lo-
 cis retineatur, vbi per nostros, non admis-
 sis externis, commode exerceri potest, & fi-
 nis sequitur, quem prædicta Constitutio
 proponit iuxta canonem vigesimum quar-
 tum Congregationis secundæ: locum tamē
 habeat dispensatio, præsertim inter hære-
 ticos, & infideles, quoad inductionem, re-
 tentionem modum, & qualitatem cantus,
 pro arbitrio Præpositi Generalis.

Can. 25
 Cōg. 1.

10 Processiones à nostris deinceps ne
 fiant: liberam tamen habeat Præpositus
 Generalis facultatem dispensandi circa
 eas retinendas, & instituendas, vbi ad
 Dei gloriam, & proximorum ædifica-
 tionem (præsertim vbi vsu receptæ sunt;
 & maxime inter hæreticos, & vbi con-
 uersioni infidelium opera datur) expe-
 dire viderit. Quod si nostri ad publicas
 supplicationes procedere cogantur, su-
 perpelliceis vtantur: vt sicut in vestitu
 sequi debemus, ita etiam in huiusmodi
 processionibus communem honestorum
 Cleri-

Circa
 6. p.
 Consti.
 c. 3. S.
 4.

P. 6. c.
 3. S. 4.

Clericorum habitum sequamur. De loco tamen, & ordine procedendi statutum est, relinquendum id esse arbitrio, & dispositioni eorum, a quibus nostri ad processiones vocantur.

D.62.

II In singulis Prouincijs seruetur mos antiquus in suffragijs faciendis, pro ijs, qui in Prouincia moriuntur: vt scilicet in eo loco, vbi quis decesserit, singuli Sacerdotes tria sacra, & singuli fratres tres coronas; in alijs vero Prouinciæ locis, duo sacra faciant, & duas coronas recitent. Pro alijs vero, qui extra Prouinciam ob-eunt, singuli Sacerdotes cuiusque Prouinciæ semel in quauis hebdomada Missæ sacrificium offerant, & singuli fratres vnâ coronam orent. Præterea de obitu cuiusque significetur per vniuersam Societatem, vt omnes Sacerdotes in Missis, vel per Collectam, vel alia ratione; reliqui vero in suis precationibus illius animam Deo commendent, pro cuiusque deuotione.

P.6.c.4
S.3.&4

D.59.

12 Ad Religiosam disciplinam, & paupertatis rationem pertinet, vt in peregrinationibus, & profectionibus nostri, quos ipso forū Superiores id præstare posse iudicauerint, in toto, vel in parte, pedestri itinere vtantur; Et ob eam causam Præpositus Generalis eam hac in re moderationem per se, & Prouinciales adhibeat, quæ Societa-

Circa
7.par.
Conti.
c.2.lit.
G.

tis nostræ instituto consentanea sit; curabitque, vt in equitando solius necessitatis, siue personæ, siue negotiorû, quâ superiores mittentes iudicabunt, ratio habeatur.

D. 31.
Can. 11
Congr.
4.

13 Professi trium votorum, seu non Professi, cum Rectores, vel Ministri sunt, Sacerdotes tamen, Professis quattuor votorum, qui apud illos versantur, seu etiam diuertunt ex itinere, iuxta regulæ communis præscriptum, præesse possunt, ac debent. Professi autem huiusmodi quattuor votorum, ad obedientiam illis præstandâ, ac subiectionem, iuxta communem locorum, vbi illi præsent, ordinem, ac regulas, teneantur. Neque id aduersatur Declarationi tertij cepitis octauæ partis, aut Decreto primæ Congregationis. Quæ cum decernit, ne Professi trium votorum, aut alij non Professi, quattuor votorum Professis præesse possint; de præsidentia in Domibus Professis, vel integris Prouincijs, vbi subditos communiter Professos esse quattuor votorum oportet, iuxta Constitutiones, intelligendum est.

Circa
8. p. C6
lit. c. 3.
lit. A.

P. 8. e.
3. lit. A.
& in 1.
Congr.
tit. 2. d.
28.

D. 73.
In 4.
Congr.
d. 16.

14 Sardinia Procurotor sine Congregatione Prouinciali possit venire ad Generalem, & ad alia ius habere suffragij, præterquam ad Generalis, & Assistentium electionem. Eligetur autem a Viceprouinciali, & Consultoribus, ac Professis quattuor votorû, qui eo in loco, vbi aderit

P. 8. e.
3. S. 10

Vice-

- Viceprouincialis, fuerint. Hoc autem intel-
ligatur quamdiu Sardinia non fiet separata
Prouincia. Simili modo ex Lusitania pro
India, & Brasilia; ac ex Bætica pro Perù,
& noua Hispania Procuratores mitti po-
terunt; si alij electi non sufficient ad nego-
cia tractanda, iudicio Cōgregationis Pro-
uincialis Lusitaniæ, & Bætici; ad quam
etiam pertinebit huiusmodi Procuratores
eligere.
- In 2.**
Congr.
d. 94. **D. 3.** 15 Vicarius Generalis, qui post obitū
Præpositi extiterit, electo nouo Generali
ad Congregationem Generalem accedet,
& locum inter Prouinciales, iuxta antiqui-
tatem suæ Professionis, habebit. **P. 8. c. 3**
S. 17.
- D. 68.** 16 Procurator Generalis, qui Romæ
fuerit tempore Congregationis Genera-
lis, ad eam deinceps admittatur post Præ-
positi electionem. **P. 8. c. 3**
S. 17. ni
Congr.
d. 1. **Congr.**
D. 27. 17 Committitur Reuerendo Patri Præ-
posito Generali, vt videat, an Domus Pro-
fessorū in magnis Ciuitatibus, quæ Socie-
tatem habere desiderant, erigi debeant; &
an curandum sit, vt plures huiusmodi Do-
mus Professæ, & pauciora Collegia ha-
beantur; eidemque commendat, vt erigen-
dis eiusmodi Domibus animum applicet;
ipsius tamen prudentiæ tempus, & locum,
& modum relinquit, quo id effici debeat. **Circa**
9. p. Cō
lli. c. 3,
S. 17.
- D. 63.** 18 Domus Professæ Fundatorem habe-
re possunt, quemadmodum & Collegia. **P. 9. c. 8**
S. 17.

Fundator autem professa Domus ille cen-
 feri debet, qui dat Ecclesiam necessarijs
 rebus ad cultum Dei ornatam; præterea
 Domum supellectili domestica, & libraria
 sufficienter instructam. Pro huiusmodi au-
 tem Fundatore ea suffragia in ipsa Domo,
 & Prouincia, in qua Domus erigitur, exhi-
 bebuntur, quæ Constitutiones quarta par-
 tis capite primo pro Collegiorum Funda-
 toribus in tota Societate exhiberi præscri-
 bunt, excepta candelæ traditione.

D.66.

19 Si contingat Admonitorem Præpo-
 siti Generalis alio mitti, poterit idem Præ-
 positus alium ei substituere, si tantum ad
 breue tempus sit absfuturus. In casu autem
 mortis, aut diuturnæ absentia, eadem in
 alio substituendo ratio seruetur, quæ in
 substitutione Assistentium seruanda est.

P. 9. c. 4. §. 4.

P. 9. c.
 §. 9. 3. &
 in 4.
 Congr.
 Can. 25

D. 19.

20 Non eligantur a Congregatione
 substituti Assistentium.

P. 9. c. §. 2.

CA-

CANONES QUARTAE

Decre.
61. Cō-
gre. 4.
D. 64.

Congregationis Generalis aucto-
ritate eiusdem con-
fecti.



MNES, qui post bienniū
probationis. vota simplicia
Societatis cum promissio-
ne ingrediendi eandem So-
cietatem emiserint, siue illi

Circa
Exam.
c. 4. S.
41. &
42.

sint Coadiutores tempora-
les, siue Scholastici, eādē per omnia obli-
gationem subeunt: ac proinde vt Aposta-
ta, si defecerint, iuxta priuilegia Societa-
tis, & litteras Apostolicas puniri poterunt.

D. 63.

2 Gradus indifferentium, de quibus in
Examine capite octauo dicitur, non duret
post bienniū; sed eo exacto determinentur
ad aliquem gradum alibitum, nempe vel
Scholastici, vel Coadiutoris temporalis,
prout Superior illos aptos esse, & expedire
communi bono indicauerit.

Exam.
c. 8.

D. 38.
& 59.
in Cō-
gre. 3.
d. 54.

3 Versio Constitutionū a tertia Cōgre-
gatione Generali vsque ad hāc approbata
auctoritate huius quartæ Cōgregationis,
nonnullis locis ab ipsa Congregatione ad-
veritatē Autographi emēdatis, cōfirmatur,
& Patri Generali cōmittitur, vt secundū hu-
iusmodi correctiones Cōstitutiones denuo
imprimantur, & eiusmodi editio deinceps
in vniuersa Societate puulgata habeatur.

Circa
I. part.
Collit.
in pro-
cem.
Dec. 5.

C 4 4 Nul-

D. 28.
& 30.

4 Nulla Domus vel Collegij dissolutio faciēda est sine Generali Congregatione; si ad illā differri vlla ratione possit. Quod si necessitas plane cogat, ius suffragij indubitatum habent ad huiusmodi dissolutionem Præpositus Generalis, & omnes Prouinciales: non oportebit tamen suffragium Prouincialium, qui extra Europam sunt, propter nimiā eorum distantiam, exquirere; nisi illius Prouinciæ, in qua esset Domus, vel Collegium de cuius dissolutione ageretur. Assistentibus vero in hoc casu, sicut & Procuratori Generali, & Secretario Patris Præpositi, ab hac Congregatione ius suffragij datur: & ita eorū, sicut & Prouincialium sententia exquirenda erit, ac etiā duorū antiquissimorum Professorum, cuiusq. Prouinciæ: quorum omnium maior pars suffragiorum sufficit ad id statuendū, de quo deliberatur. Ita enim intelligenda est declaratio capitis secūdi partis quartæ littera A, cui respondet, quod habetur in Bulla Iulij tertij, anni millesimi quingentesimi quinquagesimi; nimirum cum de dissoluenda Domo, vel Collegio extra Congregationem, per trāsmittas literas agitur.

D. 28.
Can. 13
Con. 2.

5 Quamquam optādum valde esset, vt Societas, quoad eius fieri posset, Conuictorū Scholasticorū cura liberaretur, prudētię tamen Generalis committitur, vt pro ratione regionum; & personarum expendat, quid

P. 4. c. 8
5. 3. &
lit. A.

P. 4. c. 8
lit. B.

quid in hac re ad maius Dei obsequiū, & cōmune Societatis bonū maxime expediat.

D. 8. **6** Consuetudo orandi in Societate quotidie per horam integram, præter tempus duplicis examinis quotidiani, tamquā pia, & salutaris, ex huius Quartæ Congregationis decreto, omnino retinenda est.

P. 4. 6.
4. 5. 4.

D. 74. **7** Cū in examinatione promouendorū ad ordines, curam animarū, &c. duplex fieri possit iudicium, vnum de eorum in doctrina ad munus, pro quo examinantur, sufficientia; alterum de vitæ, ac morum probitate, & alijs, quæ eos ex omni parte dignos reddere solent, vt ad huiusmodi munus admittantur; non prohibetur nostris, quin possint in examinandi munere (si quādo illud necesse sit exercere) de doctrinæ sufficientia ferre iudicium; sed interdicitur solum, ne de eorum admissione decernāt; cum ad eam ultra doctrinæ sufficientiam, vitæ probitas, ac alia requirantur, de quibus esset nostris tum difficile, tum etiam odiosū velle iudicare. Possit tamē dispensare Reuerēdus Pater Generalis, vbi hoc utile, & expediēs esse in Domino iudicauerit.

P. 4. 6.
15. 5. 4.

D. 13. **8** Quod ad tempus admittendi nostros ad status Societatis attinet, consideratis difficultatibus, & rationibus in contrariū allatis, Cōgregatio decrevit, nihil esse innouandum, & hanc rem totam Patris Generalis iudicio, ac prudentiæ iuxta Constitutiones

Circa
5. p. C.
11. c. 7.
5. 3.

In ex. 2. c. 4. 5. 42. & 3. c. c. r. s. 3. tutiones committendam; simulque illi cō-
mendauit, vt quod illæ hac de re præscri-
būt, accurate seruari curet, memor hoc ad
Societatis conseruationem vehemēter per-
tinere.

D. 66. 9 Nostri, qui in Domibus habitant, & P. 5. c.
Collegijs, bis rātum quotannis sua vota re- 4. lit. H.
nouent, iuxta praxim a tempore Patris no-
stri Ignatij sanctæ memoriæ seruatam.

D. 65. 10 Professi trium votorum emittere de Circa
P. 10. 5. hent post suam professionē vota simplicia, 7. par.
6. quæ professi quatuor votorum post suam Confti.
professionem emittere solent. c. 2. s. 1.

D. 27. 11 Omnes de Societate, etiam Pro fes- P. 6. c. 3
Can. 13. si & Coadiutores formati ad obseruatio- 5. 3.
Cōg. 3. nem omnium Regularum communium So-
cietatis tenentur; nec id repugnat Consti-
tutionibus sextæ partis capite tertio para-
grapho tertio.

D. 43. 12 Posthac ex omnibus Prouincijs sin- Circa
Can. 28. gula annuæ litteræ mittantur Romam; vt 8. p. Cō
Cōg. 2. ex illis omnibus vna epistola fiat, quæ ad fti. c. 1.
singulas easdem Prouincias mittenda sit: 5. 9.
quæ quidem conficietur ab aliquo ex no-
stris ad hanc rem perficiēdam idoneo, qui
sumptibus Prouinciarum in Collegio Ro-
mano alatur. Expensæ vero ad exempla an-
nuarum per externos describenda etiam a
Prouincijs soluentur.

D. 46. 13 Cū Procuratores ex Prouincijs ex- P. 8. c.
tra Europam, Romam ad Generalē mittun- 2. lit. B.
tur,

In For. Congr. Prou. s. 24. 25 & 26. tur, siue electi fuerint a Congregationibus Prouincialibus, siue a suis Prouincialibus, cum suis Consultoribus, qui aderunt, & ceteris omnibus presentibus, qui in Congregatione Prouinciali ius suffragij habent, modo Professi sint quattuor votorum, & ad hoc electi, ius habeant suffragij in electione Generalis, & ita declaratur Decretum nonagesimum quartum secundæ Congregationis, vt illi a suis Prouincijs electi esse intelligantur, quicumque alterutro predictorum modorum electi fuerint.

D. 52. In 1. Congr. tit. 6. d. 11. & in 2. Congreg. d. 2. & 4. * D. 15. 14 Assistentes in quibuscunque Congregationibus Generalibus quacunque ratione cogantur, intersint, & ius suffragij habeant auctoritate huius Congregationis.

P. 8. c. 3
S. 1.

* 15 Secretarius Præpositi Generalis, si sit professus quattuor votorum, admittendus est ad Prouincialem Congregationem, cum suffragio actiuo, & passiuo, quocunque in casu illa cogatur; non item ad Congregationem Procuratorum, qui ex Prouincijs tertio quoque anno in urbem ad Generalem mittuntur, nisi fuerit electus Procurator in Congregatione Prouinciali. Ad Congregationem vero Generalem post electionem Præpositi, siue ille Professus sit, siue non, admittendus est, cum iure suffragij ad alia omnia, præterquam ad Assistentium electionem. Et informationes tam pro Præposito Gene-

P. 8. c. 3
S. 1.

Generali, quam pro Assistentibus, & Admonitore eligendis, in quadriduo ab eo, sicut ab alijs capi poterunt.

D. 40.

16 Præter duos electos ad Congregationem Generalem, cum eam Vicarius conuocarit, non adducantur Procuratores, nisi Vicario, & Assistentibus, ad plura suffragia, necessarium visum fuerit, ad grauiora negotia tractanda post electionem, & tunc ex omnibus Prouincijs eligantur in Congregationibus Prouincialibus vnus, aut duo, ad plura medietate suffragia, { qui quidem in Congregatione suffragium actiuum, & passiuum habebunt, iuxta Constitutiones, si vel Coadiutores spirituales formati, vel Professores trium, vel quattuorvotorum fuerint, non aliter. }

P. 8. c. 8
§. 1.

Ex 2.
Congr.
d. 3.
P. 8. c. 3
lit. A. &
c. 6. lit.
B.

D. 42. &
44.
In 2.
Congr.
d. 3.

17 Quotiescunque cogenda est Congregatio Generalis, fiant temper Congregationes Prouinciales ad eligendos eos, qui comitaturi sunt Prouincialem; & ita seruanda est Constitutio octauæ partis, capituli tertij, paragraphi primi, non obstante decreto tertio Congregationis secundæ.

P. 8. c. 3
§. 1.

D. 26.

18 Sensus Constitutionis partis octauæ, capite quarto paragrapho primo, est, vt Præpositus Generalis ante obitum suum Vicarium nominet, qui morientis locum sustineat. Huius vero Constitutionis præxim Congregatio Patri Nostro Præposi-

P. 8. c. 4
§. 1.

to serio commendat; vt scilicet antequam ex hac vita decedat, Vicarium sibi nominet.

D. 75.

In 1.

Congr.

tit. 2. d.

31. &

tit 6. d.

29. Et

in 2. Cō

greg. d.

106. &

in For.

Congr.

Gen. 5.

6. & 60

* D. 48.

In 1.

Congr.

tit. 2. d.

32.

19 Procuratores, qui Professi fuerint quattuor votorum, sedeant in Congregatione Generali inter Electores, iuxta ordinem antiquitatis suæ professionis; reliqui vero omnes post Electores hoc ordine sequantur, vt scilicet primo loco sint Professi trium votorum, secundo Coadiutores formati, tertio ceteri omnes iuxta antiquitatem sui gradus in Societate.

P. 8. c.

7. 5. 2.

* 20 Definitores in Congregatione Generali duobus in casibus eligi possunt; altero quidem, cum rebus agitatis hinc inde in vna, vel pluribus Congregationibus, nihil manifeste in alteram partem constitui videretur, prout in Constitutionibus habetur; altero vero ad celeriolem negotiorum expeditionem, vt citius Congregatio absolui possit. Et quidem in priori casu, ad duas saltem tertias partes suffragiorum, in posteriori vero ad plura medietate suffragia, statui oportet, an Definitores eligendi sint, nec ne. Ipsorum autem Definitorum electio, in vtroque casu, ad plura medietate suffragia fieri debet, & ita deinceps intelligendæ, & practicandæ sunt Constitutiones, & Decreta. Ad Definitores vero posterioris generis pertinet ea definire, quæ illis specialiter Cōgregatio cōmiserit,

P. 8. c.

7. 5. 3.

&

& cum ea potestate, quam illis tunc dandam eadem iudicauerit.

- D.24. 21 Præpositus Generalis, auctoritate sua ordinaria, Constitutiones, & Decreta Generalia declarare potest. Hæ tamen declarationes non habent vim legis vniuersalis, sed valent tantum ad praxim bonæ gubernationis: cum Congregationis Generalis, cuius est leges condere, sit etiam eas hoc modo declarare. Circa
9. par.
Consti.
c.3. s.8.
- D.67. 22 Si quis Prouincialium Europæ moriatur, nullo successore per Generalem nominato, nec ipse Prouincialis moriens aliquem Viceprouincialem designauerit; tunc Præpositus Domus Professæ, vel si plures sint Domus Professæ, antiquissimus Professorum ex earum Præpositis, sit Viceprouincialis, donec Generalis prouideat. Quod si nulla in ea Prouincia sit Domus Professæ, succedat in Viceprouincialem Rector maximi Collegij, si Professor quatuor votorum sit; aut si ille non fuerit talis Professor, sit antiquissimus similium Professorum, ex ceteris Rectoribus. Si vero contingat nullum quatuor votorum Professum esse Rectorem, sit nihilominus antiquissimus Professor quatuor votorum Prouinciæ tantisper Viceprouincialis, quoad Generalis, aut Vicarius alium nominauerit. P.9.c.3
S.14.
- D.6. 23 Nominaciones Prouincialium, & aliorum. P.9.c.3
S.14.&
15.

aliorum Superiorum ordinariorum vbiuis, atque etiam Commissariorum, & Visitatorum extra Europam; non expirent per mortem Generalis, qui eos nominauit; etiam si nondum executioni mandata fuerint, cum moritur, sed robur suum obtineant, & omnino executioni mandetur, quousque eius successor aliud statuerit: quamuis in Europa officium, & potestas Commissariorum, ac Visitatorum per mortem Præpositi Generalis expiret. Mandata autem & ordinationes quæcunque non expirant per obitum Generalis mandantis, & ordinantis, sed robur suum obtinent, & executioni mandari debent, si ante eius mortem non fuerint mandata, donec successor eius aliud statuerit: exceptis illis, quibus designatur aliqui ad Professionem admittendi, nisi illa designatio iam scripto missa esset a Generali ad Prouincialem.

Ca. 13. Cōg. 1.

In officio Vicarij. §. 9.

D. 20.

24 Admonitor Patris Generalis eligi possit siue ex numero Assistentium, siue extra numerum eorundem pro vniuscuiusque arbitrio, & conscientia, dummodo Professus sit quatuor votorum. { Cuius officium vsque ad noui Generalis electionē durat. }

P. 6. c. 4. §. 4.

In. 2. Congr. d. 27. Ex 2. congr. d. 51.

D. 29.

25 Cum Præpositus Generalis ob Assistentis alicuius mortem, vel diuturnam propter graues causas absentiam, alium substituere voluerit, satis erit, si id faciat cum approbatione

P. 9. c. 5. §. 3.

101

c. 3 f. &

probatione eorum tantum Prouincialium, qui sunt in Europa, & solent interesse Cōgregationibus Generalibus. Eadem quoque omnino ratio in Admonitoris substitutione seruanda erit.

D. 33. 26 Pater Præpositus Generalis potest P. 9. c. 6
 & 37. constituere pro suo arbitrio aliquem, qui S. 5.
 Can. 36 fit, & vocetur Vicepræpositus Domus Pro
 Con. 2. fessæ Romanæ, cum ordinaria Præposito-
 rum Societatis potestate; qui habeat suos
 Consultores, Admonitorem, & alios offi-
 ciales, ac particularem domus governa-
 tionem exercent, & interfit Congregationi
 Prouinciali, cum iure suffragij, siue sit Pro-
 fessus, siue non: quamuis curandum sit, vt
 quoad eius fieri poterit, sit semper Profes-
 sus quatuor votorum.

D. 37. 27 Vt Assistentes officio sibi commissio P. 9. c. 6
 Can. 37 impensius, ac melius vacare possint, iuxta S. 10.
 Cōg. 2. nonagesimum tertium decretum secundæ
 Cōgregationis, nullus eorum posthac erit
 Vicepræpositus, aut Minister Domus Pro-
 fessæ Romanæ.

FORMVLA CONGREGATIONIS Generalis, in quarta Congregatione confecta, & approbata.

Decre. 51. 57. & 59. Cōg. 4.

In quibus casibus cogenda est Congregatio Generalis.

CAPV T I.



V A T V O R in casibus cogenda est necessario Congregatio Generalis, Primus est, Cum Generalis Præpositus eligendus est in locum de mortui, nisi ille obierit tempore alicuius Generalis Congregationis, aut paulo post, vt inferius dicitur. Secundus, Si (quod Deus auertat) aliquid accidat eorum, propter quæ de alio Generali eligendo in locum viuentis deliberandum esse dicitur in nona Constitutionum parte. Tertius, Si quando Assistentes cum Prouincialibus, & Præpositis localibus pluribus inter se suffragijs cogendam iudicarent, vt est in Declaratione octauæ partis. Quartus, Si Generalis cū Assistentibus, & Procuratoribus, qui tertio quoque anno ad Generalem veniunt, cogendam esse statuunt, iuxta ea, quæ in secunda Congregatione definita sunt. Præter hos autē casus, in quibus illa necessario cogenda est, poterit etiam aliquando

Infra §. 53 & 54.

P. 6. c. 4 §. 7. ¶

P. 8. c. 2. lit. C.

Can. 29 Con. 2.

D conuo-

conuocari arbitrio Generalis, vt de aliquibus re-
 P. 8. c. bus magni momenti tractetur, iuxta ea, quæ in
 4. 5. 1. octaua parte Constitutionum habentur.

*De ijs quæ in Congregatione Generali, pro eli-
 do Generali Præposito in locum demor-
 tui, ante quatrimum infor-
 mationum agen-
 da sunt.*

C A P. II.

P. 8. c. 4. 2 **I**N primo casu (de quo tanquam ordi-
 5. 1. nario fusius agendum est) ad solum Vica-
 rium Generalem spectat Congregationem indi-
 cere, conuocare, & vsque ad electionem noui Præ-
 positi dirigere; aut si Præpositus paulo post Con-
 gregationis dissolutionem moriatur, ex eisdem
 Congregatis redintegrare, tempusque ac locum
 ad eam celebrandam præscribere, vt in officio Vi-
 carij explicatius habetur.

P. 8. c. 3 Cum Congregatio in hoc casu fuerit indi-
 5. 5. 2. cta, & spatium temporis conuocandi Societa-
 tem iuxta Constitutiones fuerit elapsum, inchoa-
 ri poterit Congregatio, si iam duæ tertix partes
 Electorum a suis Prouincijs aduenerint.

4 Antequam inchoetur, singuli Prouinciales
 exhibeant Patri Vicario acta suarum Congrega-
 tionum, vt ea cum Assistentibus videat, vt si quid
 dubij de aliquorū particularium legitima electio-
 ne, aut

ne, aut vocatione inuenerint; id totum ad Congregationem Generalem quamprimum deferat, non admissis ijs, de quibus legitime dubitatur, donec ipsa Congregatio de illis constituerit.

5 Ad Congregationem Generalem ante electionem admittentur, & in ea suffragium habebunt Pater Vicarius, ijs, qui ex decem primis Patribus superstitibus fuerint, Assistentes, & omnes Prouinciales, seu Viceprouinciales, ac Electores a Prouincijs missi, de quorum legitima electione, & iure suffragij nihil erit dubij. Procuratores tamen, si qui ex Prouincijs vocari fuerint ad tractanda negotia post electionem, non admittentur ad Congregationem ante electionem, neque ad acta, que in illa fiunt, sicut nec Secretarius nec Procurator Generalis.

Can. 14
Cōg. 4.
P. 8. c.
3. §. 1.
Can. 16
Cōg. 4.
Can. 15
Cōg. 4.
Can. 16
Cōg. 3.

6 Ordo sedendi in Congregatione, & dicendi sententias huiusmodi erit; vt ad dexteram Patris Vicarij, sedent Patres, qui superstitibus fuerint ex decem primis; deinde simul Assistentes, & Prouinciales ordine antiquitatis in sua professione inter ipsos seruato; ad sinistram vero eodem ordine reliqui Professi electores. Atque ad huc finem affigetur in loco Cōgregationis catalogus omniū Electorū cum anno, & die, quo quisque professionem emisit.

Can. 31
Cōg. 2.

7 Postquam Pater Vicarius conuocatis Patribus, qui ad Congregationem venerunt, rationem reddiderit eorū, quæ facta sunt post mortem Generalis ad Congregationem pertinentia; primum omnium decernatur, eos, qui adsunt, legitimam Congregationem, & plenam conficere.

8 Deinde, si de aliquorum legitima vocatio-
ne, aut electione Pater Vicarius, & Assistentes du-
bitauerint, id referent ad Congregationem; vt de
illis, antequam admittantur, sigillatim ipsa statuatur,
quid agendum sit.

In 2. Congr. d. 99. 9 Proponatur Congregationi, an suppleri de-
beant omnes defectus, si qui forte acciderint, tam
in Congregationibus Prouincialibus, quam alij
quicumque.

P. 8. c. 3 s. 2. 10 Secretarium per scrutiniū secretum ad plu-
ra suffragia (sicut & ceteros omnes, qui ante ele-
ctionē Generalis eliguntur) eliget Congregatio,
qui tā generali, quam particulari Deputatorū Cō-
gregationi, & Præpositi Generalis electioni sub-
seruiat; cuius officium finis electionis terminabit.

11 In actis omnibus, quæ ante electionem
fient, Vicarius vnicum tantum habebit suffragiū,
cum qualitate præcedendi in casu paritatis.

12 Si Congregatio Romæ habebitur, propo-
natur, qui nam cum Patre Vicario adire debeant
summum Pontificem, ad petendam ab ipso bene-
dictionem, & ad electionem Præpositi, & ad alia,
quæ in Congregatione tractanda erunt.

P. 8. c. 6 s. 4. 13 Eligatur vnus ex Electoribus per scrutiniū
secretum, qui secundam sit habiturus orationem,
sive exhortationem ipso die electionis: eam autē
priusquam recitet, Patri Vicario, & Assistentibus
ostendet, qui, si quid sit mutandum, corrigendum,
vel adijciendum, cum tempestiue admonebunt.

P. 8. c. 6 s. 4. 14 Eligatur vnus extra numerum Electorum,
qui curā habeat includendi Electores ipso die ele-
ctionis,

tionis, cui quattuor alij adiungentur, siue ex Procuratoribus, qui vocati sunt ex diuersis Prouincijs, si qui tales venerint; siue ex alijs Patribus de Societate.

15 Deinde Congregatio per secreta scrutinia eligat, & deputet quinque Patres ex quinque nationibus solitis, Italica, Gallica, Germanica, Hispanica, & Lusitana, de numero Congregatorum, qui cum Patre Vicario, & Assistentibus videant, an aliquid sit, in quo insigne detrimentum passa sit Societas, vel passura esse timeatur, quod singulari prouidentia, atque industria, vel refarciendum, vel curandum sit. De quo, si quid fuerit, conficient ad Electorum vsu Interrogatorium, in quo ea tantum inferantur, in quibus certo constiterit Patribus Deputatis passam fuisse Societatem, aut timeri, ne proxime patiatur. Porro de quibus agent hi Deputati, ea ad plura suffragia transigent, ac totum huius deputationis negotium intra quattuor dies ad summum absoluent.

16 Ad hos autem Deputatos singuli Electores, & ceteri, qui post electionem Præpositi ius suffragij habent, intra biduum a deputatione facta, ferent quæ habent a suis Congregationibus Prouincialibus, vel quæ ipsi notarunt ad hoc negotium pertinentia. Si vero alij ex nostris extra horum numerum, aliquid eiusmodi Deputatis proponerent, non erunt reiiciendi; tamen non erunt prouocandi, vt hoc faciant. Verum informationes eorum, qui ius suffragij non habent, non nisi

In 2.
Congr.
d. 111.

Subscriptæ ab ipsis recipiantur. Qui autem suis suffragiis habent, quamvis sine subscriptione suas informationes dare possint, aliorum tamen etiam Electorum, non nisi subscriptas dare poterunt.

17. Quæ proposita fuerint, duo ex Deputatis cum Secretario, ad certum aliquem ordinem redigent, ut ea, quæ ad eandem rem pertinent, suo loco legantur, & excutiantur in Congregatione Deputatorum; qui præcipua seligent, reiectis alijs, quæ leuiora esse, vel ad Interrogatorium conficiendum non pertinere videbuntur. Neque enim admittenda sunt, nisi quæ ad electionem pertineant, non item quæ agunt de personis, nec etiam de rebus, quæ ad particulares personas referantur, ut sunt querelæ, purgationes, accusationes, & alia huiusmodi, quæ & a Deputatis, & a tota Congregatione (si forte illi proponantur) reiicienda sunt ad deputandos post Generalis electionem.

Infra
§. 62.

18. Interrogatorium a Deputatis confectum, non oportebit, ut publice in Congregatione legatur; sed satis erit, si singulis Electoribus ante inceptum quatrimum, vel saltem initio quatrimum communicetur. Necesse tamen erit, ut Deputati ab Electoribus interrogati circa intelligentiam vel explicationem Interrogatorii, eos informet de statu Societatis in huiusmodi rebus, & de ijs, quæ ipsa passa est, vel passura timeatur; quatenus ad bonam electionem futuri Generalis utile erit.

19. Congregationi Generali ante electionem nihil omnino erit proponendum, quod non ad ipsam
ele-

electionem pertineat, & quæ proponenda videntur, prius a Patre Vicario cum Assistētibus, & Deputatis ad plura suffragia determinentur: si quis vero postea non fuerit cōtentus, licebit illi proponere Congregationi, Ipsa vero Congregatio, et si ante electionem decreta condere non possit, poterit tamen omnia definire, & facere, quæ ad ipsam electionem pertinere, vel conducere iudicabit.

20 Si quædam maioris momenti ad electionē spectantia Congregationi proponenda sunt, vno die proponantur, rationibus vtrunque adductis; in quibus si maior informatio desideraretur, ea a Vicario vel alijs Electoribus petatur; & sequenti die dicantur sententiæ. Hæc vero, & omnia, quæ ante electionem tractanda erunt, ad plura suffragia decernantur. Si quæ autem leuiora proponerētur, pro arbitrio Patris Vicarij, non contradicente Cōgregatione, aut eodem die, aut alio tractentur.

21 Super illud sexti capitis octauæ partis, eiusque declarationis, Quod sub pæna excomunicacionis latæ sententiæ, quisq; teneatur Vicario manifestare, vel alicui ex antiquiorib⁹ Professis, si sciret aliquē hoc munus affectasse, vel etiam tūc affectare directe, vel indirecte id procurādo, vel signo declarando, &c. hæc declaratio adhibetur; quod per tres antiquiores Professos intelliguntur tres antiquiores Professi diuersarum nationū, iuxta diuersitatē earū, ex quibus Assistētes eligi solēt, videlicet Italia: cū Sicilia, Germaniæ cū Gallia Hispaniæ cū Indijs Occidētalibus, Portugalliæ cū Oriē

D 4 talibus

In 2.
Congr.
d. 107.

P. 8. c.
6. §. 2. &
lit. A.

talibus Indijs, & Brasilia, qui tres Professi cum Vicario (qui & ipse eodem modo diuersæ nationis ab illis erit) eos, qui ob ambitum delati fuerint, iudicabunt iuxta Constitutiones, & Declarationes: eademque censura extenditur in omnes de Societate, quicumque, & ubicunque sint, qui ab obitu Patris Generalis, ad electionem usque pro se, aut pro alijs ambierint, vel qui cum personis Societatis, aut cum externis cuiuscunque status, & conditionis sint, egerint, aut tractauerint, vel litteras, aut fauorem Prælatorum, Principum, aut aliorum procurauerint ad quamuis nationem, vel particularem personam promouendam ad Generalatum, vel alicuius eligendi gratia excludendam. In illos etiam, qui sinceritatem, vel libertatem electionis iuxta institutum Societatis nostræ, quoquo modo directe, vel indirecte impedire, vel corrumpere conati fuerint: Extēditur item ad informationem non sinceram, eam scilicet, quæ studiose mendax est, mala cum intentione, & in re graui. Demum ipso facto ambitionosos pro se, vel pro alijs eo modo, quo supra dictum est, in excommunicationem incidere decernitur, a qua non possint absolui ante electionem nisi a Patre Vicario; post electionem vero à Reuerendo Patre Generali.

22 Qui informationes Electoribus ante cœptam Cōgregationem obtruserint, illos ad Prouincialem Prouinciam, in qua Congregatio celebranda est, ipsi Electores deferre teneantur: & postquam cœpta fuerit Congregatio, ad ipsos Iudices ambitionis,

tionis, vt eos pro criminis eorum grauitate, suo arbitrio puniant.

23 Si ipsemet Vicarius aliquis ex prædictis antiquioribus Professis diuersarum nationum notaretur de ambitu; semper quatuor ex ijs, qui inter prædictos Professos antiquiores erunt, de proposta causa iudicabunt, excluso eo, qui notatus est ambiuisse pro se, aut pro alijs; & eorumquisque, ad cuius aures huiusmodi infamia perueniret; reliquos vocet, vt de ea cognoscatur. Quod si Vicarius in culpa esse iudicaretur, Congregationi ante electionem, & ipsi electioni præerit antiquissimus eorum, qui ad eius dexteram sedebunt. Horum autem Iudicum sententijs sine vlla appellatione omnino acquiescendum est. Quod si alicui videretur, sibi ab illis iniuriam factam esse, ei licebit post electionem apud Congregationem agere. Qui si tamen se sufficienter non purgauerit, iudicio Congregationis punietur.

P.8.c.6.
lit. A.

24 Delationes de ambitu omnes ante ceptum quatrimum iudicentur (nisi in ipso quatrimum deprehensus esset aliquis ambitiose egisse, aut agere) nemine vocato consilij capiendi gratia, qui non sit ex ipsa Congregatione. Omnes autem etiam delatores teneantur secretum seruare cum omnibus, præterquam cum Electoribus in informatione, tempore quatrimum. Quin etiam Iudices antequam sententiam ferant, non debent Electoribus in informatione dicere, quæ tamquam Iudices cognouerint. Si quis autem ex Iudicibus secretum non seruauerit, Iudicis officio, ipso facto, priuatus sit, & a
tribus

tribus alijs excludatur, successio in eius locum alio antiquissimo iuxta prædicta; & post electionem pro Congregationis arbitrio puniatur, sicut & ij, quos ad consilium suum ipsi Iudices vocauerint, & delatores ipsi ac testes secretum non seruantes; ac multo magis, si calumniose egisse deprehensi fuerint.

25 Proponatur ante quadriduum, an expectandi sint absentes ad electionem Præpositi faciendam; & si decernatur non esse expectandos, nihilominus suis illis locus seruandus erit in Congregatione, si venerint.

De ijs, quæ in quadriduo ante electionem, fieri debent.

C A P. III.

P. 8. c. 6. lit. D. P. 8. c. 6. s. 1. 26 **P**rimo die quadridui mane eligatur Assistentis electionis, per scrutinia secreta; post cuius electionem Pater Vicarius ex eo loco, ubi sedet, suam habebit orationem?

27 In ipso quadriduo nullos de Cōgregatione egredietur domo sine licentia Patris Vicarij, qui eam non concedet, nisi re prius collata cū omnibus Assistentibus; cū quibus etiam ipse rem communicabit, si foras ire velit, & utroque in euentu duorum Assistentium assensus expectandus erit. Sed neq. aliorum quisquā permittatur a Superioribus egredi Domo qualibet, aut Collegio loci, ubi Cōgregatio celebrabit, sine vrgenti necessitate, vt Electores infor-

informationibus, & tum ipsi, tum alij Missis dicen-
dis, ieiunijs, & alijs corporis afflictionibus omnes
vacent; partitione in autem ieiuniorum, discipli-
narum, & orationum, quæ tunc fieri debebunt, Pa-
ter Vicarius pro suo arbitrio faciet.

P. 8. c. 6
§ 1.

28 In eodem quatruiduo omnes Electores, ne-
mine excepto, informationem petent, idque solū
ab Electoribus, & ceteris, qui post electionem ius
suffragij in Congregatione Generali habent; ita
tamen, vt hi eadem leges subire in ipsis informa-
tionibus teneantur, quas Electores.

In 2.
Congr.
d. 108.
& Can.
17. Co-
gre. 4.

29 Peti autem informationes debent de ijs, de
quibus venit in mentem vniciuique, quod possent
esse idonei ad munus Præpositi Generalis, siue ab-
sentes, siue præsentis sint, inter Professos tamen
quattuor votorum.

P. 8. c. 3
lit. A. &
c. 6. lit.
B.

30 Defectus, qui bonæ electioni aduersari pos-
sunt, & peti, & dici debent, omittis illis, quæ ad eam
non faciunt; atque hæc iuxta Constitutiones, &
præcipue iuxta secundum caput nonæ partis, &
iuxta Interrogatorium, quod a Deputatis confi-
cietur, vt dictum est. Sed & habenda est ratio eo-
rum, quæ in secundo & tertio capite Examinis, &
similiter in secundo & tertio capite primæ partis
Constitutionum dicuntur, quatenus ad bonam
Præpositi electionem faciunt. Ex ijs enim quisque
sibi Interrogatorium ad informationem confice-
re potest; nemo tamen arctandus videtur, quin
interrogare possit alia, quæ interroganda præterea
iudicauerit.

Supra
§. 18.

31 Peti etiam debebit ab eo, qui reddit infor-
mationem,

mationem, an quid aliud habeat dicendum de persona, de qua interrogatur, & an de alia sentiat capiendam esse informationem, & an ab alio quopiam aliqua in re clariorem, ac certiozem informationem habere possit inter eos, a quibus ea peti debet.

In 2.
Congr.
d. 106.

32 Non petatur, an hic vel ille aptus videatur ad hoc munus, nec ne; sed de rebus illis, ex quibus id iudicari possit. Sit porro intentio eius, qui informationem petit, pura ab affectibus inordinatis, neque se permittat ab humanis, nedum vitiosis duci, & solam Dei gloriam, & meliorem Societatis gubernationem (quæ ad commune bonum animarum ordinatur) præ oculis habeat.

33 Nec solum ab omni ambitione pro se, vel pro alijs sit liber, sed diligenter observare debet, ne voluntatis propensionem ad hunc, vel illum excludendum, vel admittendum habeat, aut præ se ferat. Cum autem informationem de aliquo accipit, seruet alteram aurem alijs, & cor Deo; memor, quod cum iuramento est electurus, quem apertissimum duxerit.

34 Si quis graue aliquid in informationibus intellexerit, quod secretum requirit, teneatur in virtute Sanctæ Obedientiæ, præterquam cum Electoribus, secretum seruare: memorque caritatis, caueat ne vlla ratione cuiquã significet defectus, si quos de illo audiuerit, nominata potissimû persona, a qua narrati sint, aut aliquo modo indicata.

35 Post informationem consideratio, & discussio necessaria est, & multo magis oratio, quæ illustra-

strationem impetret a Deo Sapientiæ fonte, ad bene iudicandum, & eligendum eum, qui Deo maxime sit placiturus; & in hac diuina gratia potius, quam in humana diligentia spem constituat. Proinde meminerit non solum voluntatem, sed iudicium cohibendum esse ab vltima definitione, donec in locū inclusionis ingrediatur, vbi post orationem quisque statuere debet, quem sit electurus. P. 8. c. 6
S. 1.

36 Nemo obtrudat informationem non petenti, & qui obtruserit, deferatur: caueat & is, qui petenti respondet, affectus humanos, non solum ambitionis, sed etiam cuiusuis propensionis, quæ non ducatur ex intentione honoris Dei, communis boni, & bonæ gubernationis Societatis.

37 Non solum mendacia, sed amplificationes, & exaggerationes relinquuntur: nihil temere, sed considerate, & mature, certa pro certis, opinata pro opinatis, audita pro auditis, referat; vt qui coram Deo agit, & ei rationem est redditurus eorum, quæ in sua informatione dixerit. Qui vero alicuius defectum ab aliquo ex informatoribus audiuit, aut alijs explicet iuterrogatus (nominato tamen eo, a quo audiuit) aut interrogantem ad illum remittat.

38 Pridie electionis vesperi in loco electioni deputato parentur altare cum Crucifixo, suggestus, & mensa (in qua Vicarius, Secretarius, & Assistens sedebunt) & vrna, in qua conijcienda sunt suffragia: parentur item schedulæ, quot.

P. 8. c. 6
§. 6. &
lit. F.

quotquot erunt necessariae, in quibus ex vna parte scriptum sit iuramentum, vt est in Constitutionibus hoc pacto. Ego N. testem inuoco Iesum Christum, qui est sapientia aeterna, quod eum eligo, & nomino in Praepositum Generalem Societatis Iesu, quem sentio ad hoc onus ferendum aptissimum. Ex alia vero parte ponantur haec verba. Eligo in Praepositum Generalem Societatis Iesu N. ita vt nihil desit Electori scribendum, nisi nomen electi & eligentis. Quod autem omnes iurent se eum eligere, quem tulerint in Domino aptissimum ad hoc onus ferendum &c. Declaratum est, quod si quis duos, aut plures pares omnino iudicaret, integrum sit ei dare, cui voluerit, suffragium.

De ijs, quae ipso die electionis, obseruanda sunt.

C A P. IIII.

P. 8. c. 6
§ 3.

39 **I** Pso die electionis, Missa de Spiritu sancto celebrabitur a Patre Vicario, vel ab eo, quem elegerit, & quidem publice in Ecclesia, ac in aurora, & coram omnibus Electoribus, qui post eius Communionem, statim omnes, communicabunt, & eundem ordinem in eundo ad eam, & communicando, & redeundo, de quo supra dictum est, seruabunt. Incedant autem bini, & ad campanae domesticae pulsus, quae post communionem vsque ad inclusionem in loco Congregationis sonabit. Ij, qui suffra-

Supra
§. 6.

fuffragium habet ad locum Congregationis se conferent, cruce procedente, alijs de Societate interim canentibus, Veni creator Spiritus, quæ Hymnum alternatim submissa voce omnes Electores in ipso Congregationis loco dicent, & post inclusionem Electorum, iidem de Societate in Ecclesia, vel alibi, dicent Litanias, & continuam orationem, quæ usque ad electionem durabit, habebunt.

40 Includantur autem Electores in loco Congregationis per Deputatos iam antea ad hoc electos; ita ut nec inde egredi, nec eis aliquid ad victum præter panem & aquam dari possit, donec Præpositum Generalem elegerint. Quo in loco servabunt omnes silentium, ita ut vnus cum alio non colloquatur in ijs, quæ ad electionem pertinent, nisi quid esset, quod necessarium videretur, & id quidem coram omnibus dicendum esset. Nulla tamen protestatio in eo loco admittenda erit; nec quicquam aliud a quocumque proponatur, quod electionem impedire, perturbare, aut differre vlllo modo possit.

41 Inklusis Electoribus primum habeatur con-
 cio a Deputato per Congregationem, qua, in genere, exhortetur ad electionem eius Præpositi, qui ad maius Dei obsequium conveniat, nullo dato signo quo particularis aliqua persona significetur. Deinde vnusquisq; seorsim orabit Deum per horam, & cum nullo alio loquendo, in Creatoris sui ac Domini conspectu, ex ijs, quæ prius intellexit, apud se statuet, quæ sit electurus absque nouis informationibus, quæ nullæ sumenda sunt in loco inclusionis;

P. 8. c.
6. §. 4.

P. 8. c.
6. lit. C.

P. 8. c.
6. §. 4.

P. 8. c.
6 §. 3.

nis sed ex precedentibus, cum gratia tam illustrationis, quam discursus accepta a Deo, & prius, & eodem loco, electionem faciet Præpositi Generalis, quem inter absentes, & præsentis, Professos tamen quatuor votorum, eligi oportet.

P. 8. c. 42 Peracta oratione Pater Vicarius stans ceteris omnibus hanc absolutionem dabit. Ego N. Vicarius Generalis Societatis Iesu auctoritate Dei Omnipotentis, mihi licet indignissimo per sedem Apostolicam concessa, Absoluo vos a quavis sententia excommunicationis, suspensionis, & interdicti, & a quibusvis alijs sententijs, censuris, & pœnis, & quantum sit opus, dispenso vobiscum super irregularitate quavis, dummodo sententias, censuras, & pœnas, ac irregularitatem huiusmodi ob defectus ad electionem hanc pertinentes non incurreritis, ad effectum legitimæ electionis, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti Amen. Quam eandem absolutionem dabit Vicarius, qui fuerit professione antiquissimus. Quod si forte post absolutionem constiterit aliquem ex Electoribus ipso electionis tempore censura aliqua, aut irregularitate fuisse innodatū, ob defectum aliquem ad electionem pertinentem, nulla ratione id Præposito noccebit, quominus legitime electus censeatur.

P. 8. c. 43 Data absolutione, si omnes communi inspiratione, non expectato ordine suffragiorum quæpiam eligerent, ille sit Præpositus Generalis; omnem enim ordinem, & eligendi formulam Spiritus sanctus, qui ad eiusmodi electionem eos movet, facile supplet,

supplet: eaque acceptari debet, modo adeo luculenta esset, & notoria, ne vlllo quidem dempto, vt nulla tergiversatione negari posset Diuinam esse inspirationem.

44 Quando eo modo non peragetur electio, vnusquisque in charta propria manu scribet nomē personæ, quam eligit in Præpositum Generalem, & nomen suum subscribet, sed immutato, quātum fieri poterit caractere, ne agnosci possit à tribus illis, qui suffragia visuri, & lecturi sunt; nomen tamen eligentis maneat ob signatum, iuxta Concilium Tridentinum, in quo præcipitur Generales eligi debere per vota secreta, ita vt singulorum eligentium nomina nunquam publicentur. P. 8. c.
6. 5. 6.

45 Deinde cum ad sedes suas omnes conuenerint, Pater Vicarius, Secretarius, & Assistens, stantes ad mēsam singuli coram Deo, vt singulis quadrat, se sincere accepturos, & publicaturos suffragia iurabūt, in hunc modum, Testem inuoco Deū, cuius oculis omnia nuda sunt, me fideliter accepturum, & publicaturum suffragia, & quæ ad officium meum pertinent, sincera cum intentione me præstiturum. Protestor etiam in Diuinæ Maiestatis conspectu, & vniuersæ Societatis, quam hic repræsentamus, me neminem admittere velle, qui non sit admittendus, nec excludere, qui nō sit excludendus. P. 8. c.
6. 5. 6.

46 Hac protestatione facta, statim tentandum erit Primum scrutiniū. Quo circa Secretarius stās ad mensam dicet Vicario, Pater da tuū suffragium in nomine Iesu. Mox Vicarius surgens ad altare,

E flectet

flectet genua coram Crucifixo, & signans se Cruce In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, legat iuramentum a tergo schedula scriptum: deinde surgens, & duobus digitis clausum suffragium suum ostendens, in urnam mittet: & se rursus inclinans coram Crucifixo redibit ad locum suum; & mox dicet duobus socijs suis, & ceteris; Omnes ordine ferant sua suffragia in nomine Iesu. Deinde surgens Secretarius, & Assistent, & postea reliqui suo ordine sigillatim iuramentum facient, & sua suffragia ferent ad exemplum Patris Vicarij.

47 His peractis Secretarius ex urna, in qua prius mista fuerint suffragia, ea sigillatim extrahat, & cum modestia extracta singula ostendet Patri Vicario: ille autem visa, & utrique socio ostensa leget publice, vel Secretario legenda reddet; & in hac promulgatione electus tantum nominetur, ob signato manente nomine eligentis, ut dictum est.

Supra
S. 44.

P. 3. c.
6. S. 6.

48 Post singulorum suffragiorum publicationem, conferentur numeri, si plures nominati fuerint: & qui plusquam mediam partem omnium suffragiorum habuerit, Generalis Præpositus erit. Si tamē numerus omnium electorum impar fuerit, ac proinde mediam partem non habuerit, is censeatur habere plusquam mediam partem suffragiorum, cui ex duabus partibus maior obtigerit. Si vero in primo scrutinio nullus habuerit amplius, quam medietatem suffragiorum, ante Compromissariorum electionem, tētandum eodem pacto erit secundum scrutinium
inter

inter omnes, qui habuerunt suffragium aliquod. Si autem neque in secundo crearetur Præpositus eodem modo tertium tentandum erit, & si opus erit quartum, aut etiam quintum. Quod si nec tū quidem crearetur Præpositus, Congregatio, si ei videatur, vltius progredi poterit in scrutinijs, donec Generalis electus sit; sin vero post quintum scrutinium Congregatio, ad duas saltem tertias suffragiorum partes, censuerit Compromissarios esse faciendos; tunc quinque Electores ex quinque diuersis nationibus solitis; ad plura medieta- te suffragia, eligendi erunt: & ad quem maior pars eorum inclinabit, (seruata ab his ea- dem electionis forma) ille Præpositus Genera- lis erit.

P. 8. c. 6

§. 7. q. 1

102

49 Ad hos quinq; Electores eligēdos dāda est vna hora, & seruāda est in eorū electione hæc for- ma iurādi: Testē inuoco Iesum Christū, qui sapien- tia est æterna, quod ego N. illū eligo, & nomino in Præpositum Generalem Societatis Iesu, quē Ele- ctiores ad id cōstituti elegerint, & nominauerint; quodque ad hoc illos eligo in Cōpromissarios, quos sentio ad id munus aptissimos. Deinde scri- bētur suffragia pro singulis Cōpromissarijs eligen- dis, seruata eadē & ferendi, & publicandi forma, quæ seruatur in electione Generalis, excepto iura- mento. Si vero contingeret duos vni, & totidem al- teri suum dare suffragiū; tunc decidetur a Congre- gatione quid erit agendum. Eligent autē hi Com- promissarij Præpositum Generalem ex ijs, qui ali- qua suffragia habuerint, sepositis illis, qui ad tria

P. 8. c. 6

lit. H.

102

102

102

non pertigissent. Quod si duo, vel tres valde magno excessu plura suffragia habuerint, quam alij, illi nec actiuam, nec passiuam vocem ad electionem Compromissariorum habebunt.

50 Quouis modo ex prædictis suffragiorum numerus sufficiens ad creandum Generalem exierit, Pater Vicarius, si ipse electus non fuerit, significabit publice plura esse medietate suffragia eius, qui eligitur, & mox conficiet decretum in hanc formam. Cum in plena, & legitima Congregatione collato numero omnium suffragiorum plusquam media pars omnium, Reuerendum Patrem N. nominauerit, & elegerit, Ego N. auctoritate sedis Apostolicæ, & Vniuersæ Societatis eligo prædictum Reuerendum Patrem N. in Præpositum Generalem Societatis Iesu, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti Amen. Romæ, vel alibi. Si Vicarius ipse electus esset, publicabit suffragia, & formabit decretum Secretarius, scribe-
turque a Secretario decretum, & subscribetur ab eo, qui id formauerit, sigilloque Societatis obfirmabitur.

P. 8. c. 6 51 Post promulgationem nulli integrum erit
S. 8. aliam electionem tentare; & hoc obseruet, qui schismaticus, & ruinæ Societatis auctor haberi nolit, & in pœnâ excommunicationis latæ sententiæ incidere, aliasque graues censuras subire pro arbitrio Societatis, cui vnio & cõformitas omnimoda ad Dei gloriam cõuenit. Deinde statim omnes ad reuerentiam electo Præposito exhibendam accedant, incipiente Vicario cum Secretario, & Assi-
stente,

P. 8. c. 6
S. 6.

stente ordine prius dicto, nisi aliquis ex ipsis electus esset; & flexo utroque genu manum eius osculentur. Qui vero electus fuerit, nec electionem, nec exhibitam reuerentiam (memor cuius nomine eam admittere debet) recusare poterit.

52 Post exhibitam reuerentiam moneantur inclusores a Secretario de Generalis electione, & in ipso Congregationis loco statim comburantur suffragia. Deinde omnes ad Ecclesiam se conferant, canentibus alijs de Societate, Benedictus Dominus Deus Israel, &c. inter eundem, & in ipsa Ecclesia, Te Deum laudamus: Et vnus Sacerdos dicat tres orationes, primam de Trinitate, secundam in gratiarum actionem, tertiam de die, vel de Beata Virgine; & vsque ad egressum de Ecclesia Præpositus non admittat oscula manuum ab alijs, quam ab Electoribus.

Quid agendum, si Generalis in ipsa Congregatione, aut paulo post e viuis decedat.

C A P. V.

53 **S**I Præpositum Generalem e viuis decedere cōtingat ipso Generalis Cōgregationis tempore, vel certe statim post dissolutam Congregationē, Patribus Congregationis adhuc in eo loco, vbi habita est Congregatio, cōsistentibus; tūc si nullus a Generali de mortuo Vicari^o nominatus

E 3 fuerit,

fuerit antiquissimus veterum Assistentium Congregationi, & electioni præsidebit. Ad summum autem biduo post sepulturam absoluentur informationes, vt die tertio post illam, electio successoris fiat. Post electionem vero non erit opus eligere novos Assistentes, aut Admonitorem nouum: satis enim erit, si Assistentes, & Admonitor prædecessoris confirmentur, nisi eorum aliquis in Generalem electus esset.

54 Si vero Præpositus Generalis moriatur postquam aliqui ex Electoribus abierint, ex eo loco, in quo habita fuit Congregatio, & ij Vicario & congregatis, qui remanserunt, intra breue tempus videbuntur reuocari posse, reuocentur, & procedatur statuto die ad electionem noui Generalis: Et vbi redintegrata fuerit Congregatio, sedeant omnes & sententias dicant, quemadmodum antequam Congregatio dissolueretur; etiamsi alij ad alia officia mutati sint, aut alijs Prouincijs assignati.

Quo pacto procedendum sit in ceteris casibus initio propositis.

C A P. A V I.

55 **S**I secundus casus initio propositus (qui cum Dei gratia speratur non euenturus) incidisset, vt Generalis Præpositus propter quædam, quæ capite quarto nonæ partis Constitutionum continentur, officio priuandus videretur, ad Assistentes spectat Congregationem generalem cogere, nisi res adeo mani-

P. 9. c. 4
§ 7.

mani-

manifesta esset, vt Prouinciales non expectata Assistentium conuocatione, alij alios vocando, singuli cum duobus socijs per Congregationem Prouincialem electis conuenirent. Quo autem pacto in hac Congregatione, & cogenda, & celebranda procedendum esset; capite quinto eiusdem partis paragrapho quarto, & quinto præscribitur.

56 Tertius casus euenire potest, si Generalis Præpositus valde negligens, vel remissus fuerit in rebus magni momenti ad eius officium pertinentibus, propter corporis grauē aegritudinē, aut senium, spe emédationis ea in parte sublata, vnde multū detrimētū publicū bonū pateretur. Tunc enim, si neq; ipse admonitus Coadiutorem sibi, aut Vicarium cum approbatione maioris partis Prouincialium substituerit, neque maior Prouincialium pars approbatione duorum Præpositorum localium, vel Rectorū vniuscuiusq; Prouinciæ, vt habetur capite quarto nonę partis paragrapho sexto, eiusmodi Coadiutorē, aut Vicarium elegerit, poterunt Assistentes (si maior eorum pars ita iudicauerit) Prouinciales, & Præpositos locales monere, vt per transmissas litteras sententiā de cogenda, vel nō cogenda ad eā rē Congregatione dicāt. Quod si omnes, ad plura medietate suffragia, cogendam iudicauerint, cū id Generali significauerint Assistentes; tenebitur Generalis Congregationē indicere, idq; illi gratū esse oportebit, & ut huiusmodi Congregatio magna cū diligētia fiat, dare operā debebit; vt in declaratione octauæ partis, constitutum est: P. 8. c. 2. lit. C.

procedeturque in ea celebranda eo modo, qui in Constitutionibus capite quinto nonæ partis paragrapho sexto, præscriptus est. Et fient pro bono eius successu, quemadmodum & in secundo casu, sacrificia & orationes in Societate, prout Generali aut Assistentibus, (si ipsi Congregationem indicerent) in Domino videbitur.

Can. 29 57 In quarto etiam casu, quando videlicet in
Cõg. 2. Congregatione Procuratorum id decernetur, ad eundem Generalem Præpositum spectat Congregationem indicere, quemadmodum, & quando-
P. 8. c. 4 cumque ipse per se cogendam iudicauerit, vt in
S. 2. octaua, & nona Constitutionum partibus sæpius
P. 9. c. dicitur. In vtroque autem casu (sicut & in omni-
3. S. 12. bus prædictis postquam absoluta fuerint illa, propter quæ præcipue Congregationes coactæ sunt) de ijs rebus tractabitur, quæ & graues sint, & ad statum Societatis pertineant, aut difficiles admodum videantur; & quæ a Generali cum suis Assistentibus expediri nequeant. In quibus tractandis sequens methodus seruabitur.

Methodus procedendi in Congregatione generali, quandocumque in ea, peracto principali negotio, aut statim a principio de alijs rebus agitur.

C A P. V I I.

58 **P**raepositus Generalis præest Cõgregationi
ni

ni Generali post electionem, ad quem pertinet eam in omnibus dirigere: in illa autem ipse duo suffragia habet, & præterea qualitatem præcedendi ceteris paribus iuxta Constitutiones.

P. 8. c.

3. §. 2.

P. 8. c. 4

§. 1. &

c. 7. §. 1.

59 In Congregatione Generali post electionem de rebus grauioribus, de quibus in ea necessario tractandum est, quam expeditissime fieri poterit tractetur. Eæ vero sunt, quæ a Generali cum Assistentibus definiri non possunt. Ante omnia autem ad bonam rerum omnium determinationem, diuinum auxilium, initio singularum sessionum, priuata aliqua breui oratione est implorandum, iuxta consuetudinem: In prima tamen sessione dicatur simul ab omnibus alternatim, & submissa voce Hymnus, Veni Creator Spiritus, cū sua oratione.

60 Præter eos, qui habuerunt suffragium in electione Præpositi Generalis, vocandi sunt Procuratores, Generalis, & Prouinciarum, si qui præsentibus fuerint, & Secretarius Generalis Præpositi demortui, & si quis alius habeat suffragium in Congregatione post electionem iuxta Constitutiones, & Dècreta, si de illis omnibus constet; quod legitime ad Congregationem accesserint. Quod si de aliquo erit dubitatio, non admittatur, donec Congregatio de illo constituerit. Et omnes in suo gradu & ordine sedeant, sic scilicet, vt si Professi fuerint quattuor votorum, sedeant inter Electores iuxta ordinem antiquitatis suæ professionis; reliqui vero omnes post Electores hoc ordine sequantur. vt primo loco sint Professi trium votorum

Ca. 16.

Cõg. 3.

In For.

Congr.

Prou.

§. 26.

Can. 15.

& 16.

Cõg. 4.

Can. 15

Cõg. 3.

Can. 19

Cõg. 4.

votorum. Secundo, Coadiutores formati. Tertio, ceteri omnes iuxta antiquitatem sui gradus in Societate.

In 2.
Cōg. d.
90. &
100.
61 Deinde ad plura suffragia secreta eligendus est Secretarius Congregationis; cui adiungendi sunt duo alij Patres eodem modo electi, qui eum ad numeranda suffragia, & conficienda Decreta adiuvent.

In 2.
Cōg. d.
5. & in
3. Cōg.
d. 5.
62 Item deputandi sunt quinque; aut plures Patres, ad plura suffragia, ex varijs nationibus, maxime ex ordine Prouincialium, & Assistentium (alijs tamen non exclusis) qui vna cum Patre Præposito decernent, ad plura suffragia, quæ reiicienda, quæ ad ipsum Patrem Præpositum referenda, & quæ in Congregatione proponenda erunt. Quæ autem proponenda visa fuerint, Secretarius cum aliquo ex Deputatis in vnum colligat, & in ordinem redigat. Porro ipse Pater Præpositus in hac, & alijs deputationibus, vt Definitorum, vnum tantum suffragium habebit, cum prærogatiua præcedendi, vbi vota fuerint paria. Adsit etiam Secretarius, aut alter eius Sociorum, qui, quæ opus fuerint, scribat.

In 1.
Congr.
titul. 1.
d. 8.
63 Ne quisquam eorū, qui non sunt de Congregatione ea durāte, in rebus, quæ in illa tractantur, se immisceat, aut earum statū, & progressum a cōgregatis interroget, illisque vel memorialia, vel informationes obtrudat, aut, vt hanc, vel illam sententiam sequantur, sollicitet (de qua re Cōgregati eos, quos sic agere deprehēderint, admonere tenebūtur) sed si quis aliqua proponere voluerit,
ca ad

ea ad Secretarium Congregationis, aut ad aliquem ex Deputatis ad seligenda ea, quæ proponenda sunt, deferat.

64 Proponantur Congregationi primo loco, P. 8. c. 7.
 quæ Pater Præpositus attulerit: deinde quæ quisq; §. 2.
 Prouincialis, & Socij, seruato inter eos ordine antiquitatis iuxta Constitutiones: tum quæ ab alijs, qui de Congregatione non sunt, proposita fuerunt Deputatis, & ab ipsis digna iudicata quæ proponantur: quarto denique loco, quæ quisque voluerit de ijs, quæ a se proposita Deputatis, & ab illis reiecta fuerint, si minus illorum iudicio acquirerit.

65 Post electos Deputatos, assignetur dies ad electionem Assistentium, & Monitoris, iuxta formam electionis eorum inferius præscriptam, vt Can. 31
 quamprimum circa Patrem Præpositum suo munere Cõg. 2.
 re fungi possint. Interim de negotijs agi poterit.

66 Non solum in vniuersum, sed nec particulatim de Constitutionum substantialium nostri instituti mutatione agendum est. De aliorum mutatione in Congregatione tractari poterit: Sed sine experimento, vel ratione clarissima nihil mutetur; licet tamen de omnibus declarationem petere, referendo ad Congregationem, vt ipsa censeat qua declaratione sit opus. In 1.
Congr.
tit. 2. d.
2. & in
2. Congr.
d. 9.

67 In rebus grauioribus, cuiusmodi sunt, quæ in Congregatione generali necessario veniunt tractandæ, vno die re proponi, & alio confici oportet: ita tamẽ, vt eorũ, quæ proponẽtur rationes ab ijs, qui proposuerint, verbo, si videbitur, explicẽtur: In 1.
Congr.
titul. 1.
d. 4.
 sed

sed omnino scriptæ in medio relinquuntur, vt omnes eas considerare possint. Siqua alia proponentur, eodem, aut alio die, pro arbitrio Patris Præpositi, tractabuntur. Curabunt autem Deputati, ne aliquando desit, quod in Congregatione tractetur.

68 De substantialibus nostri instituti, quemadmodum in prima, & secunda Congregatione statutum fuit, & superius paragrapho sexagesimo sexto dictum est, nihil omnino agendum est in Congregatione. De ijs vero, quæ pertinet ad alias Constitutiones vel condendas, vel immutandas; & alijs grauioribus, vt alienare, vel dissoluere Domos, vel Collegia semel erecta, & similia; semper ad plura medietate suffragia, decernendum est. De ceteris vero minus grauibus ad plura suffragia definire possit Congregatio.

69 In dicendis sententijs curandum est, vt breuiter, libere, & sincere, coram Deo re considerata, cum modestia dicatur; nec qui posteriores dicunt, priorum dicta inutiliter cum iactura temporis, & aliorum tædio repetant.

70 Si negotiorum multitudo, aut qualitas ita exigent, deputationes fieri poterunt a Congregatione, vel ex commissione a Patre Præposito, ad ea tractanda, & ordinanda, ad quæ fuerint deputati, qui postea ad Congregationem referant, vt ea de illis diiudicet, statuatur, aut ad Definidores reijciat, si eligantur.

Can. 20 71 In ijs casibus in quibus Definidores eligi oportebit, seruetur decretum quadragesimum octauum
Cogn. 4
Congre-

Congregationis quartæ; vt scilicet ad duas saltem tertias suffragiorum statuatur, an eligendi sint Definitores, de quibus Constitutiones parte octaua capite septimo paragrapho tertio loquuntur. Definitores vero ad celerio-rem negotiorum expeditionem ad plura medietate suffragia, & in vtroque casu vtriusque generis Definitores ad plura medietate suffragia eligantur: & posterioris quidem generis Definitores ad ea definienda, quæ Congregatio specialiter illis commiserit, & cum ea potestate, quam eadem Congregatio tunc illis dandam esse iudicauerit.

72 Quoties autem eiusmodi Definitores eligendi erunt, ij ex varijs nationibus, quantum fieri poterit, eligantur: qui quidem cum Patre Præposito de omnibus specialiter sibi commissis ad plura suffragia definiant, iuxta Constitutiones, & facultatem a Congregatione sibi traditam. Porro decreta, quæ ab eis condentur, parieti affigenda sunt, vt melius considerari possint, & postea Congregationi publice proponenda.

P. 8. c.
7. §. 3.

73 Post decretum Congregationis plenæ, conceditur cuius vna intercessio, id est, facultas contradicendi in re quauis. In abrogatione autem alicuius veteris Constitutionis, vel nouæ introductione, etiam duæ intercessiones permittuntur. Sed cum de decretis Definitorum agitur, apud eosdem Definitores intercedetur, nisi Congregatio id sibi in aliqua re particulari reseruauerit. Standum est nihilominus, siue semel, siue bis intercedatur, eorum definitioni, penes

In. 1.
Congr.
tit. 1.
d. 9.

penes quos fuerit definiendi facultas.

In 2.
Congr.
d. 98.

74 Librum habeat Secretarius Congregationis, in quo, quæ confirmata erunt Decreta, continentur: & ea quidem ante dissolutionem Cōgregationis, simul leget in plena Congregatione, & sua manu subscribet, & sigillo Societatis muniet.

In 1.
Congr.
titul. 7.
d. 1.

75 Non est dissoluenda Congregatio pro solius Præpositi Generalis arbitrio, sine consensu ipsius Congregationis, quæ Generali Superior est. Sed priusquam dissoluatur, desumantur Canones ex actis post electionem cuiusque generalis Congregationis, qui ad observantiam, & praxim communem pertinent, & seorsim soli imprimantur, & euulgentur ab ipsamet Congregatione approbati.

76 Quotiescunq; tractatur de negotijs in Congregatione generali, quacunque ratione illa cogatur, prædicta methodus seruanda erit.

77 Absoluta Congregatione, omnes alternim submissa voce dicant, Te Deum laudamus, & in fine aliquis eorum vnâ, aut plures orationes in gratiarum actionem recitabit.

De Electione Assistentium.

C A P, VIII.

P. 9. c. 5
s. 3.

78 **A**ssistentes post electionem Generalis paucis interiectis diebus ab eadem Cōgregatione, quæ Generalem elegerit, eligantur: Viri quattuor, ex quattuor nationibus in quantum fieri possit,

possit, iuxta vniuscuiusque conscientiam (ex Italia
 scilicet, & Sicilia vnus: Alter ex Germania, & Gal
 lia: Alius ex Hispaniæ Prouincijs: Alius ex Pro-
 uincijs Lusitanæ) Professi quattuor votorum, bo-
 ni, fideles, Societatis, & boni cōmunis amatores,
 discretionis dono præditi, in rebus gerendis ver-
 sati, & ad cōuersationem cum hominibus idonei;
 ad conseruandum inter se, & cum Superiore pacē,
 & unionem apti, & omnino tales, quales in ipso-
 rum Regulis describuntur, siue præsentēs, siue ab-
 sentes sint, vt in prima Congregatione decre-
 tum est.

Congr
 d. 25.

In 1.
 Congr.
 titul. 6.

d. 1.
 In 2.

Congr.
 d. 4. &
 in 3.

Congr.
 d. 25.

79 Ad capiendas informationes quattuor die-
 rum spatium concedatur, ante quod tempus ne-
 mo informationem petet, nemo dabit: ipso vero
 quatrinduo & petere Electores omnes, & soli de-
 bent, de quibus, & a quibus in Domino visum
 fuerit; modo ab ijs tantum, qui ad Congrega-
 tionem venerint, siue Electores, siue Procurato-
 res sint, & interrogati informationem negare non
 poterunt,

80 Quas informationes vt melius capiant, ex
 ijs, quæ initio huius capituli dicta sunt, quæque
 in Regulis Assistentium fusius explicantur, tum
 etiam ex nona parte Cōstitutionum, capite quin-
 to paragrapho secundo, & ex secundo & tertio ca-
 pite primæ partis, & Examinis, sibi quisque Inter-
 rogatorium conficiet, & ex Interrogatorio etiam
 confecto, ad electionem Generalis sibi delumere
 poterit, quæ ad hanc electionem pertinere iudi-
 cauerit,

81 Et qui petet, & qui dabit informationem, puram ac sinceram intentionem habeant, solā maiorem Dei gloriam, & meliorem Societatis gubernationem intuentes, & caueant ne humanis, & inordinatis affectibus in informatione ducātur. Nemo igitur non petenti informationem obtrudat; nemo, quæ ad rem non pertinent curiose petat; nemo mendacijs, aut amplificationibus, & exaggerationibus utatur: sed omnia considerate, mature, & fideliter, certa pro certis, opinata pro opinatis, audita pro auditis referat, cum, a quo audiverit, nominando, & ad ipsum, eum, qui informationem petit, remittendo.

82 Si quis autem, siue ex Congregatione, siue non ex Congregatione fuerit, aut in ipsis informationibus, aut extra illas ambitiose egerit, ut vel ipse, vel alius eligatur, aut etiā alicuius eligendi causa alius excludatur, Excommunicationis lætæ sententię pœnam eo ipso incurrat, à qua a solo Generali absolui possit. Qui vero id sciuerit, in virtute sanctę Obediētię teneatur ad Generalem deferre. Quod si probatū fuerit sufficiēter actiua, vel passiva, vel vtraq; etiā voce priuetur, aliave maiore, vel minore afficiatur pœna, prout delicti gravitas, & probationis certitudo postulabit, iuxta Cōstitutiones octauæ partis capite sexto paragrapho secundo. Iudices autē eius causæ erūt Generalis, & tres antiquissimi eiusdē Cōgregationis Professi diuersarum nationū, prout in electione Generalis habet supra paragrapho vigesimo primo. sed non nisi tribus in eādē sententiā cōuenientibus
condemnari

condemnari poterit. Non deferentes vero, siue fuerint ex numero Congregatorum, siue non præter poenam peccati mortalis, arbitrio Generalis punientur.

83 Si quid quis intellexerit in informationibus, quod secretum teneri debeat, nemini præterquam electoribus in informationibus specialiter, aut generaliter interrogatus indicabit. Et quod deseruando silentio dictum est in virtute sanctæ obedientiæ præceptum esse intelligatur; in re tamen graui, id est si res eiusmodi fuerit, vt aut Societati, aut psonæ alicui Societatis aliquid ignominie, vel detrimeti afferre posse eius cōsciētia iudicauerit.

84 Ultimo die quatruidi mane Congregatio conueniat; & præmissa per aliquantulum temporis arbitrio Generalis oratione, electio Assistentiū fiat. Eligentur autem singuli per scrutinia secreta ad plura medietate suffragia, ita tamen; vt si primo vel secūdo scrutinio nemo erit electus, in tertio, & deinceps in ceteris, inter trestantū illos, qui in proximo scrutinio plura suffragia habuerint, suffragia dari possint. Si qui autem alij alicui ex tribus æquales suffragijs fuerint, simul etiam cū tribus ius habeant passiuū suffragij.

85 Facta electione singuli Assistentes ad mensam, ad quam Pater Generalis sedebit, accedent, & flexis genibus coram imagine Crucifixi, quam supra mensam ad hanc rem esse oportebit, his verbis iurabunt: Testem inuoco Deum, cuius oculis omnia nuda sūt, si acciderit aliquod ex ijs, quæ sufficiunt ad Præpositum officio suo priuandū, simul-

E atque

In 2.
Congr.
d. 27.

latque res per testimonia sufficientia, vel ipsius affirmationem constaret, me fideliter Societati denunciaturum, & Congregationem conuocaturum iuxta Constitutiones.

P. 8. c. 5
5. 4.

De electione Admonitoris.

C A P. II.

2. Cōg. 86 **E**lectis Assistentibus, Admonitor eligendus est, Professus aliquis quattuor votorū siue ex presentibus, siue ex absentibus, aut ex numero Assistentiū, aut ex alijs, homo religiosus moribus, Deo in oratione familiaris, prouecta iā aetate, iudicio bono atque maturo, & affectibus minime turbato; in instituto, & rebus Societatis bene versatus, & illius magnum zelum habens cum discretione, & prudentia coniunctum, minime credulus, minime timidus, & prorsus eiusmodi, vt & Generali gratus credatur fore, & officio rament suo, bonoque Societatis, nullo humano respectu defuturus.

2. al.
Cōg.
2. 1. b

87 Itaque cum omnibus fere rebus Assistentibus similis esse debeat, Assistentium interrogatorium ad capiendā de illo informationem accommodari poterit, adiunctis ijs, quæ cuique ex nona parte Constitutionum capite quarto paragrapho quarto & ex capite secundo, & tertio Examinis, & ex Regulis Admonitoris, atque ex his, quæ hic dicuntur, colligere licebit.

88 Capietur autem informatio de illo, eodem tempore, & eodem modo, quo de Assistentibus, atque ab eisdem personis, & eadem seruandi secreti lege.

89 Eodem die, quo Assistentes electi fuerint, aut cum primum poterit, Congregatio cōueniat, vocatis etiam Procuratoribus, & Secretario, qui in Admonitoris electione suffragij ius habent: Et cum omnes ad arbitrium Generalis aliquantum orauerint, per scrutinia secreta, & ad plura medietate suffragia, & eodem prorsus modo, quo Assistentes

eliguntur, admonitorium eligunt.



In. 2.
Congr.
d. 27.
Can. 15
Cōg. 4

FORMVLA CONGREGATIONIS Prouincialis, in quarta Generali Congregatione recognita, & approbata.

Dec. 57
Cōg. 4.

In quibus casibus Congregationes Prouinciales cogenda sunt.

CAPVT I.



P. 8. c.
3. 5. 1.

EX in casibus cogēda sunt Congregationes Prouinciales, iuxta Constitutiones octauæ, ac nonæ partis, & Decreta. Primus est, ad electionem Generalis in locum demortui, nisi ille decedat ante dissolutionem Congregationis generalis, vel paulo post, vt dicitur in Formula Congregationis generalis, paragrapho quinquagesimo tertio, & quinquagesimo quarto. Secundus, si vnquam occurreret, (quod Deus auertat) aliquis ex ijs casibus, propter quos in nona parte statuitur, alium Generalem in locum viuentis sufficiendum esse. Tertius, si Generalis, iudicio Assistentium, Prouincialium, ac Prepositorū localium, Congregationē generalē indiceret, vt est in declaratione octauæ partis, capitis secundi, littera C. Quartus, quādo-
cunque Generalis vna cū Assistentibus, & Procurato-

P. 8. c.
4. 5. 7.

ratoribus, qui ex præscripto octauæ partis, capituli secundi littera B, & secundæ Congregationis, Decreto vigesimo quarto, tertio quoque anno ad Generalem Præpositum conuenire debent, generalem Congregationem cogendam esse iudicauerint. Quintus, ad eligendos tertio quoque anno huiusmodi Procuratores. Sextus, quando ipse per se Generalis ad aliqua magni momenti negotia generalem Congregationem conuocaret. Hæc vero omnia in solis Europæ Prouincijs locum habere intelligenda sunt: nam ceteræ extra Europam, neque more aliarum ad electionem Generalis conuenire possunt, neque tertio quoque anno Procuratores mittere tenentur.

Can. 29
Cōg. 2.

Can. 29
Cōg. 2.

P. 8. c.
4. 5. 2.

Ad quem pertineat Congregationem Prouincialem in unaquaque Prouincia cogere, locumque, ac tempus ad eam celebrandam præscribere.

C A P. II.

1 **S**pectabit ad Præpositum Prouincialem, vel eius loco ad Viceprouincialem huiusmodi Congregationem indicere, in quocumque ex prædictis casibus cogenda illa sit.

P. 8. c.
5. 9. 3.

3 Eiusdem erit, commodum locum ad eam celebrandam designare, & tempus præscribere, quod & opportunius videatur ad conueniendum, & satis sit, ut electi non solum ad locum, & diem in quo cele-

F 3 branda

In For. Congr. Procu. §. 1.
 branda est Congregatio generalis, aut Procuratorum, commode venire possint; sed etiam informationes, si quæ illis antequam proficiantur, dandæ sint, accipere. Et quidem quoniam Congregationi Procuratorum certum tempus præfixum est, nimirum ad decimum quintum Nouëbris; ideo pro sua opportunitate, poterunt Prouinciales suas Cōgregationes ad electionem Procuratorum cogere. Ad electionem vero Electorum, si ad eligendū Generalem venturi sunt, poterunt conuenire in Prouincijs remotis, quando illis commodum fuerit, quacunque via de morte Generalis certiores facti fuerint, etiam si nōdum litteras a Vicario accepissent. Non durabit autē Congregatio Prouincialis vltra decem, aut summum duodecim dies.

Qui congregari debeant.

C A P. III.

P. 9. c. 3. §. 1. & c. 5. §. 3. Can. 33 Cōgr. 1
 4 **I**N quocunque ex prædictis sex casibus Prouincialis Congregatio cogatur, intererūt, & ius suffragij in ea habebunt, primum quidem Prouincialis ipse, Præpositi Domorū Professarum, & ceteri omnes quattuor votorū Professi; exceptis Generali Præposito, Vicario Generali, & Assistentibus, Commissarioque, aut Visitatore, si quis tūc eo munere fungeretur; itemque ijs, qui ad eā Prouinciā non pertinēt, & iam in alia Prouincia Congregationi interfuerunt, aut ei, quæ in propria Prouincia celebranda est, interesse adhuc possunt, sine

sine detrimento negotiorum, quæ illis commissa sunt. Si tamen huiusmodi Professi admittantur, quod nec in alia Congregatione fuerint, nec existimentur posse ad suas Prouincias tempore peruenire, vt earum Congregationi intersint, actiuum tantum suffragium ad electionem mittendorum habeant. Et si casu aliquo accidat, vt ad suas Prouincias ante earum Congregationes perueniant, illis non intersint, nisi ordinarij Superiores fuerint; hi enim ad sola negotia admittendi erunt, præter Prouinciales, qui ratione præsentia, & vniuersalis notitia, quam de rebus, & personis suarum Prouinciarum habent, etiam electionibus interesse, & in eis suffragium habere debent.

5 Intererunt quoque eodem modo Rectores Collegiorum Societatis, & Domorum Probationis, Itemque Rectores qui præsent Seminarsijs, vel Conuictorum Collegijs; dummodo nouem de Societate, vt minimum, in huiusmodi Seminarsijs, & Conuictorum Collegijs ordinarie habitent, & ipsa immediate Prouinciali subiecta sint. Nomine autem Prouincialis, Præpositorum localium, & Rectorum intelligantur etiam Viceprouinciales, Vicepræpositi, & Vicerectores, qui toto principalem Superiorum officio funguntur.

P. 8. c.
3. 5. 1.
& c. 5.
5. 3.

6 Eodẽ modo intersit cū suffragio Procurator Prouinciæ proprius, & si quis alius plurimū Prouinciarum Procurator esset; dummodo ea quoque Prouincia eius curæ commissa sit, & Procurator etiam generalis. Quod si nullus fuerit proprius eius Pro-

P. 8. c.
3. 5. 1.

uincię Procurator, veniat procurator maximi Collegij, satisque erit, si huiusmodi Procuratores Sacerdotes sint, vt interesse, & suffragium habere possint.

7 Omnes prædicti Congregationi intereunt, nisi legitime impediti fuerint, de quorum impedimentis ante Congregationem iudicabit, ad plura suffragia, Prouincialis, cum suis Cõsultoribus qui aderunt, & ceteris omnibus præsentibus, qui in Congregatione ius suffragij habent: exclusa semper ea persona, de cuius impedimentis agetur. Si tamen de alicuius impedimentis post coactã Congregationem dubitabitur, ipsius Congregationis iudicium expectandum erit. in qua si de impedimentis Prouinciali aduenientibus agendum fuerit, prærit eius loco Professus, quem ipse designauerit. Quod si prædicti Superiores, aut ij, qui plene eorum vices gerunt interesse non posse iudicati fuerint, integrum illis erit alios Sacerdotes ex sibi subditis, ac idoneos loco sui mittere.

P. 8. c. 3
S. 1.

8 Superiores Domorum, & Collegiorum antequam ad Congregationem Prouincialem proficiantur, informatione ab ijs accepta, quos ex suis doimesticis bene de rebus tractandis sentire iudicabunt (alijs interim non prohibitis, quominus ea, quæ volent priuato nomine, vel Consultoribus offerre, vel ad Congregationem Prouincialem mittere possint) ea cum suis Consultoribus conferât, quæ ad Congregationem Prouincialem sunt deferenda.

De

*De modo procedendi ante electionem
mittendorum.*

C A P. IIII.

9 **E** Lapso die ad conueniendum præfixo, post tri die mane affigantur parieti duo catalogi, vnus eorum, qui Congregationem ingressuri sunt, eo ordine, quo sedere debeant, & sententias dicere, alter eorum, ex quibus eligi possunt, qui ad Præpositum Generalem, Congregationemue generalem mittendi sunt. Prior ita conficiatur, vt ad dexteram Prouincialis describantur Professi quattuor votorum, iuxta cuiusque Professionis antiquitatem, siue Superiores sint, siue non: ad sinistram vero, reliqui omnes hoc ordine, vt primo loco sint Professi trium votorum; secundo Coadiutores formati; tertio, ceteri omnes, iuxta antiquitatem sui gradus in Societate. Posterior vero contineat omnes, qui eligi possunt, solos nimirum Professos quattuor votorum, qui sunt in Prouincia, siue illi præsentés sint, siue absentes, præter Prouincialem, & Commissarium, aut Visitatorem, si quis tum eo munere fungatur, ac eos denique qui sunt ex alijs Prouincijs, si quidem nullus eorum eligi poterit.

P. 8. c.
3 §. 1. &
lit. A. &
can. 29.
Cõg. 2.

10 Eodem die, vocentur ad signum campanæ quicumque affuerint ex ijs, qui ius suffragij ferendi habent: congregatisque omnibus, & dicto alternatim, ac submissa voce hymno, Veni Creator, cum oratione de Spiritu Sancto, habeatur primum breuis

breuis sermo a Præposito Prouinciali, vel ab alio per ipsum designato, quo exposita causa cur vocata sit Congregatio, & propositis in genere ijs, quæ in ea agēda sunt, omnes admoneantur vt sincere, & magna cum pace, quiete, & ædificatione in omnibus se gerant.

11 Deinde decernatur ad plura suffragia, num Congregatio legitima censenda sit. Quod vbi factum erit, videatur num suppleri debeant defectus aliqui circa personas, quæ conuenerunt, aut circa aliquid aliud, quod ad ipsam Cōgregationē aut congregandi formam pertineat. Possunt enim Patres legitime congregati (si modo duas tertias partes excedant) ad præsentem praxim dubia omnia terminare, quorum explicatio Congregationi perficiēdæ opportuna videbitur, quoties ea ex Constitutionibus, Decretisue, aut Generalium responsis colligi non potuerit, ac omnino supplere quicquid ad integritatem Congregationis spectare iudicauerint,

12 Tertio loco, eligatur Secretarius ad plura suffragia secreta, qui iuxta Prouincialem sedeat, & acta omnia Congregationis, & quæcumque ex ijs totius Prouinciæ nomine ad Cōgregationem generalem, vel ad Generalem Præpositum mittere sunt, scribat. Cui vnus ex Patribus, eodem modo electus adiungatur, qui ad colligenda suffragia, & reliqua scribenda ipsum adiuuet.

13 Eodē modo eligantur duo Deputati, ex primarijs Patribus quattuor votorum Professis, qui vna cum Præposito Prouinciali ad plura suffragia
(præsente

(præsente tamen semper, & excipiente Secretario quæ definita fuerint) seligant tam quæ post electionem mittendorum Congregationi proponenda sunt, quam si quid occurrerit, quod ad electionem pertineat; de quo proinde ante electionem videatur a Congregatione deliberandum. Porro in iudicio de rebus, quæ proponendæ sunt, siue ante, siue post electionem eorum qui mittendi sunt quemadmodum & de impedimentis personarum ante, vel post Congregationem propositis, vnum tantum habebit suffragium Prouincialis, duo autem in ipsa Congregatione, siue de personarum electione agatur, siue de rebus propositis deliberetur, & quoties in rebus tractandis paria fuerint suffragia, qualitatem præcedendi. Ad quemlibet autem dictorum quattuor deferre poterunt, qui ad Congregationem venerint ab ipso deputacionis die, quæcumque Congregationi proponenda attulerunt; ita tamen, vt post diem vnum, aut alterum ab electione mittendorum, nihil amplius deferre liceat.

P. 8. c.
5. 5. 3.

14 Simulatq; duo Deputati electi fuerint, assignetur dies, in quo mittendorum fiat electio: qui quidē ab eo in quo Congregatio inchoata fuit, tertius sit, aut ad summū quartus. Hoc interiecto tempore petenda est informatio de qualitatibus eorum qui mittendi sunt, atque ab ijs solis, qui ferēdi suffragij ius habent. Præter ea vero, quæ tam de mittendis ad Congregationem generalem, quàm de Procuratoribus, in octaua parte Constitutionū, & in secunda Cōgregatione dicuntur, hæc fere peti debent;

P. 8. c. 2
lit. B. &
c. 3. 5. 1
Can. 79
Cōg. 2.

bent; An rerum Societatis notitiam, & experientiam habeant; num studio ac zelo instituti nostri conseruandi; eiusque spiritum promouendi teneantur; an ea iudicij, & in rebus agendis prudentiæ, ceterarumque virtutum maturitate polleant, quæ decet viros, qui de rebus ad vniuersam Societate spectantibus deliberaturi sunt; an affectibus inordinatis duci soleant; & alia huiusmodi. Intererit etiam plurimum, si ij, qui ad Congregationem generalem eligendi sunt, magnam personarum Societatis cognitionem habeant.

15 Cum capiatur de personis informatio, illud præcipue cauendum est, ne vllus per se, vel per alium, ne indirecte quidem, se vel alium eligi, vel non eligi suadeat: sed fiant electiones sincere, & candide ex ijs, quæ Spiritus sanctus dignabitur suggerere, & ex informationibus cognita fuerint.

16 Si quis autem (quod auertat Dominus) ad sui, vel alterius electionem, vel exclusionem; ambitiose agere deprehensus fuerit, idque sufficienter probabitur, actiua, vel passiuæ, vel vtraq; voce priuetur in ea Congregatione tantum, & alijs pœnis (si id merebitur) subijciatur, iuxta delicti grauitatem, & probationis certitudinem. Iudicabunt autem causam hanc Prouincialis, & tres alij professione quattuor votorum antiquissimi. Quod si Prouincialis ipse notatus esset, aut alius ex reliquis tribus; etiã tunc quattuor antiquiores huiusmodi Professorum, excluso semper eo, qui notatus esset, de ea re cognoscent, & minimum tres ex illis, vt aliquis
dam;

damnetur, convenire debebunt. Quod autem de pœnis dictum est, in Prouinciali, ita locū habeat, vt tantum actiuo suffragio ad electionem priuetur: ceteras autem pœnas Præpositi Generalis iudicio subibit.

17 Nullus obtrudat informationem non petenti, caueantque informatores diligēter non solum mendacia, sed etiā amplificationes, & exaggerationes in laudādis, vel vituperādis eis, de quorū qualitatibus agitur, certa pro certis, opinata pro opinatis, audita pro auditis referentes, eum, a quo audiuerint, nominādo, & ad ipsum, eum, qui informationē petit, remittendo. Item ne, si quid, quod secreto seruari oporteat in informationibus intellexerint, alijs quam congregatis communicent. Quod si quis in huiusmodi errore deprehēsus fuerit, deferatur, & iudicio Prouincialis puniatur.

De electione mittendorum.

C A P. V.

18 **C**VM aduenerit dies ad electionem mittendorum designatus, mane, postquam Patres Sacrum fecerint, & in locum Congregationis conuenerint, facta breui coram Crucifixo oratione, in qua lumen diuinę illustrationis ad bonam electionem faciendam postulabunt, hunc in modum procedetur.

19 Siue eligendi sint qui ad Congregationē generalē, siue qui ad Congregationem Procuratorum proficiscantur, semper electio faciēda est per secreta suffragia, ad plura medietate. Quod si
 numerus

numerus omnium suffragiorum fuerit impar, maior pars ex duabus sufficiet.

20 Si in primis duobus scrutinijs nullus electus fuerit, dentur in tribus sequentibus, vsq; ad quintum inclusiue, inter eos tantum suffragia, qui aliquod suffragium habuerunt. In sexto vero, & ceteris deinceps sumantur tres, qui plura alijs suffragia habuerunt; & si qui his pares fuerint in suffragijs, etiã inter eos fiat electio, nisi post decimum scrutinium Congregatio malit compromissione vti; tunc enim eligetur ad plura suffragia secreta tres, vel quinque Compromissarij; & ille, qui ex ijs qui post quintum scrutinium suffragia habuerunt, electus fuerit a maiore parte Compromissariorum, pro electo a Congregatione habeatur. Porro Compromissarij ex presentibus eligantur, exclusis ijs, quos ipsi eligere possunt. Hi autem in electione Compromissariorum, neque actiuam, neque passiuam vocem habeant.

21 Qui ab aliquo Superiore impedito, ad Congregationem eius loco missus fuerit; vnum tantum habeat suffragium, etiam si ipse proprium ius suffragandi habeat, excepto eo, qui loco Prouincialis impediti adest, cui duo suffragia, quemadmodum & Prouinciali competunt, praterquam cum agitur de impedimentis ipsius Prouincialis. Porro infirmus in eadem domo, habeat suffragium ad electionem mittendorum; ad negotia vero tractanda, prout Congregationi vitum fuerit.

22 Si agitur de mittendis ad Congregationem
gene-

generalem, quinque Professi quatuor votorum eligi debent. Primum quidem duo comitaturi Provinciam, deinde tertius, ut ex eo, & duobus predictis cōficiatur ille ternarius, ex quo vnum Provincialis suo loco mittere debet iuxta declarationem octavae partis, capituli tertij, littera B. si impeditus legitime iudicabitur. Postremo addatur quartus, & quintus, ut hi tres qui in substitutos electi sunt, eodem ordine quo electi fuerunt, subrogentur in locū eorum, qui legitime impediti proficisci non possunt.

P. 8. c.
3. s. 1.
& lit. A.
& c. 6.
lit. B.
4. 203

23 Si agitur de electione Procuratorum, qui tertio quoque anno ad Generalem mittuntur, eligendi sunt duo Professi quatuor votorum; vnus primo loco, & alter secundo, qui subrogetur in locum prioris, si ille impeditus legitime iudicabitur. Ceterum nec Provincialis, nec Cōmissarius, nec Visitator aut qui ad aliam Prouinciam pertinet, in Procuratorem eligi poterit.

Ca. 29.
Cōg. 2.
In For.
Congr.
Procu.
s. 1.

24 Prouinciæ extra Europam, eodem iure uti possunt in mittendis suis Procuratoribus, quo ceteræ vtuntur. Verum propter distantiam locorum, nauigationisque difficultates, & alia impedimenta, quinque eis priuilegia in hac re cōceduntur. Primum, ut non teneantur mittere Procuratorem, nisi sexto quoque anno. Secundum, ut si commode mittere non possint Professum quatuor votorum, saltem mittant trium votorum Professum, aut Coadiutorem spirituales formatum, sicut denique aliū Sacerdotem, quem ad id munus idoneū iudicent. Tertiū, ut ij qui ius suffragij habent in in Cōgregatione,

tione, suffragia sua de cogenda, vel non cogenda
 Congregatione Prouinciali, Procuratoris eligen-
 di gratia scripto ad Prouincialem mittere possint.
 Can. 13 Quartum, vt si cogēda non videatur, Prouincialis
 Cōg. 4. cum suis Consultoribus, qui aderūt, & ceteris om-
 nibus præsentibus, qui in Congregatione ius suf-
 fragij habent, Procuratorem eligant. Quintum,
 vt ius ferendi suffragij habeant in ijs Prouincijs
 omnes Superiores, quibus Generalis Præpositus
 ius suffragij pro bono earum Prouinciarum con-
 cesserit; etiam si Viceprouinciales sint aliquarum
 partium suarum Prouinciarum, aut Præpositi plu-
 rium locorum, aut etiam locales Superiores præ-
 cipuarum Residentiarum, prout magis in Domi-
 no expedire iudicauerit.

25 Itaque Prouinciales extra Europam conue-
 nienti temporis spatio, ante futuram singulis triē-
 nijs Procuratorū Congregationē, scribent ad ab-
 sentes, qui in Congregatione Prouinciali suffragij
 ius habent (modo sint ex ijs, à quibus responsum
 tempore haberi possit) primum quidem, si nondū
 expletū est sexenniū, an iudicent nihilominus mit-
 tendum esse Procuratorem: Deinde, nū existimēt
 Congregationem Prouincialem cogendā esse: Po-
 stremo, quisnam illis in Procuratorem, qui etiam
 in eius substitutū videantur eligendi: si Congrega-
 tionem maior pars cogendā non esse cēsuerit. Tū
 vero accepta responsione, conuocabunt ex præsen-
 tibus eos, qui ius suffragij in Congregatione Pro-
 uinciali habent, & coniunctis omnium votis, ad plu-
 ra suffragia decernent, nū mittēdus sit Procurator
 nondum

nondū expleto sexēnio, & si sit, an eius eligēdi cau-
sa Congregatio sit cogenda: quod si cogenda nō
videatur, & tamen mittendus Procurator sit, vo-
catis, si videbitur, Professis vicinis, & Superiori-
bus, proferet absentium vota de ijs, quos mitten-
dos iudicant (quæ tantum consultiua erunt, pro
maiori præsentium notitia) & ad plura præsentium
medietate suffragia, Procuratorem, eiusque sub-
stitutum vnum, aut etiam alterum eligent; fiat au-
tem hæc electio in aliqua Domo, aut Collegio ex
celebrioribus Prouinciæ,

Supra
S. 24. &
Ca. 13.
Cōg. 4.

26 Omnibus autem ijs, qui à Prouincijs extra
Europam prædictis modis electi ad Generalem
mittuntur, datur auctoritas vt interesse, & ius sut-
fragij habere possint, in quacumq; Congregatio-
ne, quæ à Generali cū Procuratoribus, vel à Gene-
rali solo indiceretur, vel quacumque ratione ad
electionem noui Generalis fieri cōtingeret, ante-
quā illi ad suas Prouincias reuertantur. Quoniam
autē & hi ex decreto quadragesimo sexto Cōgre-
gationis quartæ suffragiū habent in electione Ge-
neralis, si Professi quattuor votorum, & ad hoc ele-
cti fuerint, ideo semper si tales Professi fuerint, ad
hoc etiam eligantur,

Can. 13.
Cōg. 4.

27 Quæ autem impedimenta excusare debeāt
vel Prouincialē, vel aliquē ex electis, quominus ad
Congregationē generalē, aut Procuratorū se con-
ferat, si Cōgregatio quidē necdū fuerit dissoluta,
ipsa constituet: si vero dissoluta fuerit, statuat Pro-
uincialis eodē modo, quo ante Cōgregationē iudi-
care potest de impedimētis eorū, qui Congrega-

In For
Congr
gen.
S. 24.
&
Ca. 13.
Cōg. 4.

supra

G tioni

tioni Prouinciali interesse debent, vt supra parapho septimo.

28. Porro vt sincere procedatur, non est ferendum iudiciũ ante mittendorũ electionẽ, de impedimẽtis eorũ, qui ad Congregationẽ generalem, aut Præpositũ profecturi sunt, etiam ipsius Prouincialis, aut Viceprouincialis: sed vnusquisq; iuxta informationes quas accipiet, suã conscientiã consulat de qualitatibus eorum, pro quibus suffragiũ ferendum putat. Facta autem electione, tum demum de eorum impedimentis deliberari poterit; si tamen ea ab ijs ipsis proponantur; alioqui de ea re nulla fiat consultatio, nisi alicuius impedimẽta adeo manifesta essent, vt de ijs minime dubitaret.

De rebus tractandis post electionem.

C A P. VI.

29. **P**OST electionem mittendorum, agendũ est de rebus, quę vel Congregationi generali, vel Generali Præposito nomine Prouincię proponenda sunt. Intelligat autem in primis Congregatio non sibi licere quicquã statuere, præter ea, quę ipsi in hac formula expresse conceduntur. Quocirca nec innouare quicquam poterit, nec immutare ex ijs, quę a Superioribus ordinata sunt.

30. Intelligat, ne consultationis quidẽ, prætextu, atq; adeo vt Cōgregationi generali proponatur, de substãtialib⁹ instituti nostri, agere sibi integrũ esse; sed ijs positis quasi fundamẽtis de ceteris, q̄ ijs cōseruãdis, ac promouẽdis cōsentanea videbũtur, quęque

In For.
Congr.
gen. s.
66. &
& 68.

quæque Deputati cum Prouinciali maioris momenti esse iudicauerint, & quæ possint tempore Congregationi præscripto absolui, tractari poterit. Licebit tamen vnicuique ea, quæ a Deputatis reiecta fuerint, in Congregatione proponere, vbi illa expedita fuerint, quæ a Deputatis probata fuerunt: modo non agatur de substantialibus nostri instituti, aut de personis: hæc enim ne ad Deputatos quidem referenda sunt. Ad Congregationem vero generalem, aut Præpositum Generalem quæcumque ipsis visa fuerint, priuato nomine subscripta libere transmittere poterunt.

31 Ordo tractandarum rerum, cum mittendus est Procurator, hic erit, vt priori loco agatur de rationibus, quæ cuique occurrunt, an cogenda, vel non cogenda sit Congregatio generalis: posteriori de negotijs, rebusque alijs cum Generali nomine Prouinciæ tractandis. Ex ijs autem rationibus, quæ pro cogenda, vel non cogenda generali Congregatione allatæ fuerint, præcipuæ quæque seligantur, & addatur vtrâ in partem plurimum propenderit sententia: ac seorsum scribantur, vt ad maioré status Societatis cognitioné ab ijs, qui ius suffragij in Congregatione Procuratorum habent, priuatim perlegantur. Tamen si eius Prouinciæ Procurator eam sententiâ in ferendo suffragio sequetur, quam auditis ceteris Procuratoribus, & rationibus in vtramque partem ex vna quaque Prouincia allatis, ijsque Patribus, qui cum Generali versantur, magis in Domino probauerit.

In For.
Congr.
Procu.
s. 6.

32 Quæ auté posteriori loco tractanda sunt, eo

G 2 spectare

ſpectare debent, vt Generali Præpoſito veram, & vtilem notitiam de ſtatu Domorum, & Collegiorum, ac totius Prouinciæ, vniuerſaque eius adminiſtratione, necnon de obſervatione eorum, quæ a Superioribus ordinantur, afferre poſſint. Et vt ipſe in ijs, quæ in ea Prouinciâ deſiderantur, & ſub Generalis prouidentiam cadunt, opportune proſpiciat. Nã de ijs rebus, quibus ſola generalis Congregatio prouidere poteſt, tum agendum eſt ſolũ, cum electi fuerint, qui ad eam mittendi ſunt. In prædictorum autem tractatione, meminerint omnes ita de Prouinciæ adminiſtratione, & neceſſitatibus agere, vt ſiqua Superiorum perſonã attingere videantur, debita, ac religioſa cum modeſtia dicantur. Quod ſi quis perſonã potius ſugillare, quã negotia tractare videatur, eum Prouincialis ſui officij admoneat: nec exiſtimet quiſpiam libertatem in dicenda ſententia impediri, cum in modo agendi iuxta caritatem, & modeſtiam dirigitur.

33 Rerum tractandarum determinationes ad plura ſuffragia ſimpliciter definiantur, neque in eis interceſſio permittatur, vt citius expediri poſſint; cum præſertim de eo tantum agendum ſit, num proponendæ videantur generali Congregationi, aut Præpoſito Generali, & quæ nam ſit de ijs plurium ſententia. Licet autem cuique, alijs auditis, mutare ſententiam, antequam res omnino concludatur. Porro quæ tranſigentur in actione vna, in ſequenti a Secretario legantur, vt Congregatio intelligat, ſint ne omnia recte excepta, & explicata, an non.

34 Omni-

34 Omnibus expeditis, dictoque alternatim,
 & submissa voce hymno, Te Deum laudamus, sub
 scribet Secretarius tum acta Cōgregationis, tum
 seorsim rationes de cogenda, vel non cogenda
 Congregatione generali, tum etiam seorsim ea,
 quæ generali Congregationi, aut Præposito Ge-
 nerali nomine Congregationis Prouincialis pro-
 ponenda sunt, omniaque sigillo Prouinciæ mu-
 niet. Ac ea quidem, quæ ad indictam generalem
 Congregationem mittenda sunt, Prouinciali tra-
 dat; quæ autem ad Generalem Præpositum, Pro-
 curatori assignabit: qui ijs acceptis, non discurret
 per Prouinciam, plenioris informationis su-
 mende gratia: sed quæ illi a Prouincia-
 li, vel ab alijs scripto, aut verbo
 commendabuntur, vt ea Præ-
 posito Generali refe-
 rat; sincere, ac fide-
 liter eorum no-
 mine eidem
 propo-
 net.

In For.
 Congr.
 Procura.
 §. 8.

FORMVLA CONGREGA- tionis Procuratorum,

Decret.
50. Cō-
gre. 4.

*QVI AD GENERALEM TERTIO
quoque anno veniunt, in quarta Congre-
gatione generali confecta, &
approbata.*



P. 8. c. 2
lit. B.
Can. 29
Cōg. 2.
& in
For. Cō
gr. Pro-
uin. §. 1
& 23.

TERTIO quoque anno a decima quinta die Nouēbris post finem vltimæ Cōgregationis generalis cōputando, ex omnibus Prouincijs, iuxta Constitutiones, & Decreta, ad Generalem conueniāt Procuratores, qui Professi quatuor votorum sint, & viri maxime idonei a Congregatione Prouinciali electi. Tēpus enim huius Congregationis Procuratorum celebrādæ, propter nauigandi, & proficiscendi maiorem commoditatem, dies ipse quintus decimus Nouēbris decretus est, nisi aliud Generali videatur.

2 Antequam hæc Congregatio inchoetur, Pater Generalis, cū suis Assistentibus examinet acta Congregationum Prouincialium, an in eis Procuratores legitime electi sint; & si quid dubij in aliquibus particularibus inuentum fuerit, id postea ad Congregationem referat, non admisis ijs, de quibus legitime dubitatur, donec ipsa Congregatio de ipsis constituerit.

3 Elapso die ad conueniendū præfixo, inchoari poterit Cōgregatio, si iā duæ tertię partes Procuratorum

curatorum

curatorum a suis Prouincijs aduenerint: nisi Pater Generalis, cum Congregatione alios, qui fortassis in proximo essent, & cito affuturi sperarentur, expectandos iudicaret.

4 In sedendo, & dicendo, hic ordo seruabitur; ut ad dexteram Patris Generalis sedeant Assistentes, ordine antiquitatis in sua Professione seruato, ad sinistram vero eodem ordine Procuratores: Deinde, hymno Veni Creator, alternatim submissa voce ab omnibus dicto, cum oratione de Spiritu Sancto, & Beata Virgine; breuis exhortatio fiet a Patre Generali, de fine talis Congregationis, & ut omnes in ijs, quæ agenda sunt, sincere se gerant, & de alijs, quæ ei in Domino videbuntur: Tertio decernatur ad plura suffragia, an ij, qui adsunt, Congregationem Procuratorum legitimam, & plenam faciant; & an omnes defectus, si qui forte quacumque ratione acciderint, debeant suppleri.

5 Hoc facto eligatur Secretarius per scrutiniū secretum, ad plura suffragia, qui omnia, quæ fuerint acta in Congregatione, mandet scriptis, & subscribat signetque Societatis sigillo.

6 Assignetur dies quartus a die, qua fuerit aperta Congregatio inclusiue, in quo faciendum sit decretū de cogenda, vel non cogenda Cōgregatione generali, accepta prius informatione ab ijs tantum, qui ius suffragij habent (quorum singulorū rationes, quas de cogēda, vel non cogēda Cōgregatione generali, in scriptis secum a suis Prouincijs attulerunt, singuli videre teneantur) & Secretario

In For.
Congr.
Prouin.
s. 31. &
ultima

Præpositi Generalis: & præsertim an aliquid sit, in quo alicubi infigne detrimētum passa sit Societas vel passura timeatur, quod singulari prouidentia, atque industria, vel resarciendum, vel curandum sit: Item quomodo seruentur Constitutiones, & Decreta Congregationum, & Regulæ, an disciplina religiosa relaxetur, an in spiritu, & virtutibus proficiat Societas, an potius deficiat, quomodo vnio animorum se habeat in Societate, & an graue aliquod periculum illius labefactandæ metuatur: & de alijs huiusmodi rebus. Si quis autem aliquid intellexerit in informatione, quod secretum teneri debeat cū alijs, præter quam cum ijs, qui suffragium habent; memor Caritatis, silentiū teneat in virtute Sanctæ Obedientiæ, in re tantum graui non in qualibet.

7 Cum autem venerit dies ad decernendū præfixus, omnes simul in nomine Domini Congregati, præmissa per quadrantē horæ oratione, per scrutinium secretū ad plura medietate suffragia, non obstante Decreto vigesimo quarto Congregationis secundæ, definiant, an cogēda sit, & quādo Congregatio generalis. Præpositus porro Generalis in hac Procuratorum Congregatione duo suffragia habebit. Absoluta vero Congregatione, omnes alternatim submissa voce dicant, Te Deū laudamus, & in fine, eorum aliquis vnā, aut plures orationes in gratiarum actionem recitabit.

De ijs,

De ijs, quæ Procuratores postquam electi fuerint, agere debeant.

8 **P**ostquam electi fuerint Procuratores, non propterea debent excurrere per Collegia; & Domos suæ Prouinciæ, nisi sint in via, qua itur ad Generalē; nec negotia externorum suscipiant, vt ea alibi tractent, quantum fieri possit, arbitrio Prouincialis.

In For.
Congr
Prou.
§. 34.

9 Postquam ad Generalem venerint Procuratores, acta suarum Cōgregationum Prouincialium, catalogos personarum, & memorialia negotiorū, de quibus cum Præposito Generali acturi sunt, & fasciculos litterarum quamprimum Societatis Secretario, scripto numero, tradant: vt citius hæc videri, & postea suo tempore expediri possint.

10 Ante, vel post celebratam Congregationē, pro arbitrio Patris Generalis agent de informatione eidem danda, iuxta Constitutiones, de ijs rebus, quas ex suis Prouincijs attulerunt.

P. 8. c.
1. lit. B.

11 Procuratores nō sint magis propensi ad vnū Collegium, quam ad aliud, nec ad vnā personā potius, quā ad aliam, quantum fieri potest, & ideo, si ne vllō respectu dicant apud Generalem, quæ pro bono suarū Prouinciarū sēserint dicēda: caueātq; præsertim, neq; passione, aut affectione inordinata in aliquo accusando, vel defendendo, aut laudando ducantur, etiamsi de suis Superioribus agatur.

12 Procuratores ne prodant negotiorum resolutiones, nec ordinationes a Generali factas, de personis, officijs, & alijs reb⁹ alicuius momēti, sed eas ad

eas ad suos Prouinciales deferant ; & ipsi iuxta præscriptū Obedientiæ, eas suo tempore exequentur aut promulgabunt.

13 Postquam Procuratores redierint ad Prouincias, nulli omnino referant ea, de quibus apud Generalem pro informatione aliquarum personarum, ac rerum interrogati forsitan fuerint, ob magna incommoda, quæ cum magno caritatis dispēdio euenire possent. Hæc, & similia, quæ intellexerint apud Generalem præsertim si grauia fuerint, secreto seruanda esse iubentur,

14 Si inter ordinationes, & responsa alijs Prouincijs data, (quæ videre debebunt) aliqua fuerint, quæ ad vsum suarum Prouinciarum secum ferenda existimabunt, id facere poterunt, iudicio Patris Generalis, vel eorum, quibus ipse commiserit, & cum ea limitatione, quæ eisdem videbitur; ea tamen a Patre Generali subscribentur. Hæc autem ita in ea Prouincia vim habebunt, si Prouincialis auditis suis consultoribus, suæ Prouinciæ iudicauerit expedire.

15 Si ad Seminaria nostrorum Scholasticorū, vel Nouitiorum in aliqua Prouincia perficienda, vel ad trāsmarinarum, vel Septentrionalium, vel aliarum Prouinciarum necessitates graues, operarijs pluribus opus esset; curent qui earum Prouinciarum Procuratores fuerint, Patri Generali suggerere; vt dispiciat, an alicuius Prouinciæ abūdantia, alterius inopiam supplere possit; & id Congregatis Procuratoribus omnibus facilius inter eos priuatim, & cum Patre Generali tractari poterit.

F O R-

FORMVLA CONGREGA- tionis ad eligendum

VICARIVM SOCIETATIS,
*quando ille a demortuo Generali non fuerit
nominatus, in quarta Congregatio-
ne generali confecta, &
approbata.*

Decre:
10. Cō-
gre. 4.



I Præpositus Generalis ante mor-
tem, Vicarium Societatis non no-
minauerit (prout habetur in Con-
stitutionibus octaua parte capite
quarto, & Decretis) eligatur a Pro-
fessis quattuor votorum, qui apud

P. 8. c.
4. §. 1. &
lit. A.
Can. 18
Cōg. 4.

Generalem fuerint, sicut dicitur in Declaratio-
nibus eiusdem capituli. Erunt autem, vt mini-
mum, Electores sex; quòd si pauciores fuerint,
tunc ex vicinioribus locis, vtcumque illa distent,
is numerus conuocetur; quod si in distantia æqua-
li plures fuerint quam sex, omnes erunt ad electio-
nem vocandi.

In 2.
Congr.
d. 68.

2 Statim post sepulturam Generalis demortui
conuocabit Congregationem Præpositus Prouin-
cialis, si aderit, vel eo absente Præpositus Domus
Professæ, si ea ibi sit, & Romæ Vicepræpositus, si
Professus quattuor votorum fuerit; sin minus an-
tiquissimus Professorum, qui ibi aderunt.

P. 8. c. 4
lit. A.

3 Electioni quidē Romę præerit Prouincialis
Romanus, si aderit; sin minus Vicepræpositus Do-
mus

mus, si fuerit quattuor votorum Professus; quod si talis non fuerit, præsit antiquissimus ex Professis, qui Cōgregationi intersint. Alibi vero, qui præest toti Prouinciæ, vel ipso absente, aut impedito Praepositus Domus professæ, si in eo loco fuerit; sin minus antiquissimus ex Professis quattuor votorum, qui ibi aderunt.

4 In sedendo autem, & sententia dicenda hic ordo seruabitur, vt ad dexteram eius, qui præerit, sedeant Assistentes, ordine antiquitatis in sua Professione seruato: ad sinistram vero, eodem ordine, reliqui professi quattuor votorum. Si quid vero dubij se offerat, qui præest, ad Congregationem quamprimum referat, vt ipsa de illo constituat.

5 Hymno, Veni Creator, simul ab omnibus alternatim, & submissa voce, dicto, cum oratione de Spiritu sancto, & Beata Virgine, habeatur breuis exhortatio ab eo, qui præest, vel ab alio per ipsum designato, de fine talis Congregationis, & vt omnes in his, quæ agēda sunt, sincere se gerant. Deinde an legitima Congregatio sit censenda, ad plura suffragia decernatur. Tertio loco eligatur Secretarius per scrutinium secretum, etiam ad plura suffragia, qui omnia, quæ fuerint acta in Congregatione, mandet scriptis, & subscribat, & sigillo Societatis signet. Ei autem adiungatur vnus ex Patribus eodem modo electus, qui ad colligenda suffragia, & reliqua scribenda ipsum adiunet, assigneturque integrum biduum, postquam presentes fuerint ij, qui necessarij sunt ad hanc Congregationem

tionem

tionem celebrandam; quo exacto, Vicarij electio
facienda est. Quod si sufficiens numerus Electo-
rum non adesset, biduum tunc inchoetur, cum pri-
mum ille numerus aderit.

Sopra
S. I.

6 Eligatur autem Vicarius, iuxta Constitutio-
nes octauæ partis, capite quarto, communiter ex
his, qui adesse Præposito, & ipsum iuuare soliti
sunt, vel certe ex ijs, qui proxime degunt, & sunt
in rebus Societatis versati, præmissa per biduum
supradictum oratione, & informatione; iuxta ra-
tionem informationis, quæ in electione Genera-
lis seruari solet. Et hoc est intelligendum simpli-
citer, vt iacet, etiam quantum ad censuras, vt in
formula Congregationis generalis a vigesimo pri-
mo paragrapho vsque ad vigesimum quartum in-
clusiue, & a paragrapho vigesimo octauo, vsque
ad paragraphum trigessimum septimum inclusiue,
excepto iuramento, quod in electione Vicarij nõ
sit. Qui autem præerit vnum tantum suffragium,
sicut alij Professi, in hac Congregatione habebit.

P. S. C. 4
S. I.

7 Si quis autem (quod Deus auertat) ambitiose
agere deprehensus fuerit, ad sui, vel alterius electio-
nem, vel exclusionem, deferatur, & iudicetur, ad eum
modum, qui habent in Constitutionibus, & Declara-
tionibus, partis octauæ, capite sexto, & in Formula
Congregationis generalis a vigesimo primo para-
grapho vsq; ad vigesimum quartum inclusiue muta-
to nomine Vicarij in eum, qui præest. Quod si ali-
quis eorum, qui nõ habent ius suffragij, in hoc depre-
hensus fuerit; deferatur ad eosdem Iudices, qui locis
supradictis constituantur, & eorum arbitrio puniatur.

IIIIO

8 Ipso

8 Ipso bidui tēpore Patres, qui in hac electio-
ne Vicarij suffragium habent, informationibus,
orationibus, & sacrificijs vacare debent. Deinde
postquam in locum Congregationis couenerint,
præmissa per semihoræ spatium oratione, & con-
sideratione apud se, & coram Deo; statuant, quem
sint electuri. Intelligant autem se in conscientia
teneri ad eligendum eum, quem senserint ad hoc
munus esse maxime idoneum. Eligatur vero per
scrutinium secretum ad plura medietate suffra-
gia; sic tamen, vt si primo, & secundo scrutinio ne-
mo electus fuerit, in tertio, & deinceps in ceteris
inter tres tantum illos, qui in proximo scrutinio
plura suffragia habuerint, suffragia dari possint.
Si qui autem alij alicui ex tribus æquales suffra-
gijs fuerint, simul etiam cum tribus ius habeant
passiui suffragij.

9 Absoluta autem Congregatione, omnes si-
mul alternatim submissa voce dicant, Te Deum
laudamus; & in fine is, qui præfuit vnam, aut plu-
res orationes in gratiarum actionem recitet.

OFFICIUM VICARII GENERALIS in quarta Congregatione generali recognitum, & approbatum.

Dec. 50
Cōg. 4.



VICARII officium durat vsque ad electionem Præpositi Generalis, & est duplex. Alterum est, Societatem ad electionem Præpositi faciendam, præscripto tempore, & loco, quo conuenire oporteat, conuocare. Alterum est Generalis vices gerere in gubernatione Societatis, donec nouus Præpositus electus fuerit.

P. 8. c.
4. §. 1.

P. 8. c.
4 lit. A.
& in 1.
Congr.
titul. 2.

d. 29.
P. 6. c.
4. §. 3.
& 4.

2 Vicarius itaque simul atque creatus fuerit, dabit operam, vt Missæ, & orationes in vniuersa Societate pro anima Præpositi mortui fiant: nempe, vt singuli Sacerdotes, qui sunt in eodem loco, vbi Generalis mortuus est, quinquies Sacrificium Missæ pro eo offerant, & reliqui totidem coronas recitent. In alijs autem locis per vniuersam Societatem, singuli Sacerdotes tria Sacra faciant, & reliqui tres coronas dicant.

P. 8. c.
5. §. 2.
& 3.

3 Deinde ad conuocandã Societatem ad noui Præpositi electionem, primo quoq; tempore diligentissime incumbat, Præpositos Prouinciales certiores faciat, locum Congregationis & tēpus, quinque, aut sex mensium præscribat, quod etiam prorogari poterit, cum necessitas postulauerit, vel initio, vel antequam Patres conuenerint, arbitrio ipsius Vicarij, & Assistentium ad plura suffragia.

Necessitas

Necessitas autem illa etiam ad id extendatur, ut duo tempora periculosa, quantum fieri poterit, euitentur. Vnum hyemis ad nauigandum, & montes transeundos, alteros estatis ad ingrediendam Romam. Exacto autem tempore praefixo, si aliqui Patres iam conuenerint, illi etiam ius suffragij habebunt ad decernendum de prorogatione facienda, iuxta Decretum trigesimum tituli secundi primae Congregationis.

P.8.c.5. §.3. 4 Missas praeterea, & orationes pro felici electione Praepositi indicat. Congregationes Prouinciales, ut recte fiant admoneat. Et si post electionem Praepositi alia negotia grauiora tractanda in Congregatione sint, ad quae excutienda, vel definienda aliorum opera, praeterquam duorum electorum a Congregatione Prouinciali necessaria, ipsi Vicario, & Assistentibus ad plura suffragia videatur, Prouinciales admoneat, ut eos a Congregatione Prouinciali electos secum adducant, iuxta decretum quartae Congregationis.

Can. 16
Cōg. 4.

5 Vbi autem dies constitutus, & terminus praefixus venerit, ad quem conuenturi sunt Patres; eos qui iam conuenerunt, conuocabit, modo excedant duas tertias partes; eisque rationem eorum, quae facta sunt post mortem Generalis ad Congregationem pertinentia reddet, & reliqua omnia, quae ad electionem rite faciendam, pertinere videbuntur Congregationi, curabit; quae petenda sunt, tum ex Constitutionibus, tum ex primis quinque capitibus formulae Congregationis Generalis.

In For.
Congr.
Gene.
§.7.

6 Alterum

8 Alterum officium Vicarij est, Societatem Vniuersam gubernare. Verum ita est illam gubernaturus, quasi Vicarius Præpositi demortui, non quasi Præpositus. Quare ita illam gubernabit, vt sibi tradita est. Nullam igitur immutabit gubernationis rationem, nihil propriæ inuentionis, nullam nouam Regulam, nullum ritum, nullam consuetudinem aut inducet, aut inductam mutabit; sed ad spiritum, & sensum Generalis demotui se componet, ilius compertam voluntatem sequetur, incertam coniectabit. Itaque quoad poterit, debet suo ministerio, quasi viuum, ac præsentem Generalem, illiusque gubernationem repræsentare.

P. 8. c.
4. lit. A.
& in 1.
Congr.
titul. 2.
d. 29.

7 Quocirca eisdem Assistentibus, Admonitore, Secretario, Procuratore generali, quibus vtebatur Præpositus Generalis, vtetur Vicarius ad gubernandam Societatem, eisdem Præpositis, Rectoribus, Præfectis Probationum, & alijs Officialibus Primarijs, qui creantur a Generali: quos mutare ei non licet vel novos creare, nisi forte aliqui morerentur, & alij in illorum locum, vsq; ad electionem Præpositi Generalis substituendi essent, vel aliquæ grauissimæ causæ intercederent, propter quas aliquis illorum ab officij executione tollendus, vel suspendendus videretur, iure suffragij nihilominus ei relicto, & hoc quidem, re cum Assistentibus communicata ad plura suffragia; de quorum etiam consilio, & suffragijs eliget Admonitore, si forte ipse fuerat Admonitor Præpositi Generalis demortui, qui in Vicarium electus est.

In 1.
Congr.
tit. 6. d.
11.

H 8 Eadem

8 Eadem causa res omnes graues, & maioris momenti, quæ differi vsque ad electionem noui Præpositi poterunt, quandoquidem illa breui futura est (quoad eius fieri poterit) differet, & ad nouum Præpositum Generalem remittet.

9 Quo circa nullam Domum, nullum Collegiū, nullam vniuersitatem, vel Domum probationis instituet, quæ si offerantur, ita negotium foundationis tractabit, vt si in rem Societatis aperte futura sint, & omni difficultate careant, eos, qui Fundatores esse volunt, iubeat bene sperare. Si quid vero difficile, aut dubium sit, alet spe eorum bonam voluntatem, nihil certi promitter, rem totam ad Generalis creationem reseruabit, Ad Professionem admittere, etiam designatum a præmortuo Præposito (nisi illa designatio, iam scripto missa esset ab ipso Generali Præposito ad Prouincialē) vel in ijs, quæ ad Professionem attinent, dispensare non poterit Vicarius; neque Professum aliquem, vel Coadiutorem formatum a Societate dimittere.

Can. 23
Cōg. 4.

10 Circa contractus, ad quos facultatem habebit, sic explicatur Decretum septuagesimū primum secundæ Congregationis; vt non possit vendere, vel alienare bona stabilia Societatis, nisi res sit in euidentem vtilitatem, & necessaria, quæ moram non patiatur, & cum consensu Assistentium ad plura suffragia.

11 Circa missiones Professorum quatuor votorum, id obseruabit, vt ante electionem eorum, qui venturi sunt ad Cōgregationem generalē, nullos

ad

ad se vocet, nec mittat eo, vnde impediatur venire ad Congregationem Prouincialem. Post electionem vero, electos nullo modo mittat eo, vnde commode venire non possint ad Congregationem generalem. Alios vero Professos non mittat ad infideles, nec ad partes remotas, quæ maiorem considerationem requirunt, nisi forte aliquid tam graue, & vrgens accideret, vt ipsius iudicio & Assistentium ad plura suffragia res differri non possit. Mutationem autem Professorum quorumlibet, ex vna Prouincia in aliam, ante factas Congregationes Prouinciales, non nisi ex vrgente causa, & consultis Assistentibus, ad plura suffragia faciat.

12 In vniuersum cum Assistentibus consultare debet res omnes grauiores, non minus, immo magis quam Præpositus Generalis; quandoquidē minorem habet auctoritatem, minorem experientiam, minus diuturnum regendæ Societatis munus, sic enim plus ponderis habebunt apud illam, quæ ipse constituet: quascumque vero litteras Vicarius vel scribet, vel accipiet, si negotia contineant, Assistentibus omnibus ostendet; neque cū Principibus, & Magnatibus de negotijs pertractabit, nisi re cum eisdem Assistentibus communicata; sed in rebus grauissimis ad plura suffragia decernetur.

13 Vicarius, cum primum fuerit electus, accipiet ab antiquissimo Assistentium, clauem scrinij, vbi litteræ, & scripta, quæ apud se Generalis habet, reconduntur, pro vt in Regulis Secretarij habetur, & omnia curet manere clausa, vsque ad no-

ui Generalis electionē. Quod si aliqua necessario
essent accipienda, vocato Secretario, & duo-
bus Assistentibus, illa accipiet, &
cum vsus fuerit, iisdem præ-
sentibus repo-
net.



REGV.

REGVLÆ ASSISTENT-

Dec. 57
Cōg. 4
tium, in quarta Congregatio-
ne generali confecta,
& approba-
ta.

Quales
in se et
se des-
beant.



V O Assistentes propius
Generali adsunt, vt eum
in vniuersæ Societatis gu-
bernatione adiuuent, eo
etiam propius, eius virtu-
tes, quæ in nona parte Con-
stitutionum declarantur, imitari debent:
& omnino tales esse, quales eadem nona
parte Constitutionum, capite quinto, & in
Decretis primæ Congregationis descri-
buntur, ceteris omnibus, qui in Societate
viuunt, omni genere virtutum prælucen-
tes.

P. 9. c. 2

P. 9. c. 5
s. 2.

In 1.
Congr.
tit. 6. d.

1.

2 Fient in dies magis idonei, si Consti-
tutiones, Decreta generalium Congrega-
tionū, Regulas, & Ordinationes Præpositi
Generalis, & prædecessorum eius, præfer-
tim illas, quæ ad sibi commendatas Pro-
uincias pertinēt, & maioris momenti, sunt
omnia denique Priuilegia, & quicquid in-
stituto nostro inferuire potest, frequenter
legere, & bene intelligere curauerint, vt
cum opus fuerit, in promptu habeant.

3 Societatis, & communis boni ama-
tores sint, atque illi in primis fideles, maxi-

Quales
erga So-
cietatē

H 3 me

medium

me vero tum, cum aliquis ex illis sex, qui nona parte Constitutionum, capite quarto notantur (quod nunquam futurum speramus) casus occurrerit. Quo tempore, & caritatis, quam Societati debent, & officij, quod ab ea acceperunt, & iuramenti, quo se initio obstrinxerunt, memores, non solum fidem, sed etiam diligentiam, atque prudentiam suam toti Societati probent necesse erit.

P. 9. c. 4
§. 7.

P. 9. c.
5. §. 4. &
in For.
Congr.
Gen. 6.
81.

4. Etsi earum Prouinciarum, quæ sibi commissæ fuerint, maiorem eos curam habere, & peculiari ad eas propensione affici oportet: caueât tamen, ne erga suas, vel nationes, vel Prouincias ita affici videantur, ut bonum commune Societatis in omnibus anteponant.

5. Applicent omnino animû ad ea, quæ muneris sui sunt. Itaque quotidie aliquid temporis earum rerum, quæ suæ fidei commissæ fuerint, considerationi dare curent; & alijs rebus, quæ vlla ex parte officij sui functione impedire possint, se ipsi non implicent: Etsi in ijs a Pæposito Generali occupabuntur, impedimentum illi exponere debebunt, salua tamè Obediètia, quemadmodû de eorum missionibus in prima Cõgregatione decretum est. Et res omnes, pertonas, negotiaque Societatis, peculiari vero oratione, & suis in sacrificijs recordeatione, Deo partem sibi specialiter commissam

Ca. 37.
Cõg. 2.

Can. 36
& 37.
Cõg. 1.
P. 9. c.
6. §. 10.

missam commendare debent, & considerare quid in ea magis ad id consequendum, quod sibi Societas proponit, iuuare possit.

6 Cum officio suo satisfecerint, si quid præterea temporis illis liberum fuerit, Prædicationi, Lectioni, Confessionibus audiendis, & alijs bonis, ac pijs operibus ad Dei gloriam, & animarum auxilium vacare poterunt.

P. 9. c.
6. s. 10.

Quales
erga Ge-
neralē.

7 Meminerint hoc officium ideo sibi a Societate datum esse, vt Præposito Generali auxilio sint, & vt erga ipsum eam prouidentiam, quam Societas exercere debet, vice eius exerceant. Quæ cum in duabus versetur rebus, vt eum in gubernatione, consilio diligentia, & labore adiuuent, & vt ea quæ tuendo corpori necessaria sunt, illi procurent, vtrumque sibi fideliter, ac diligenter faciendam intelligant.

P. 9. c. 4
& 5. &
Can. 34
Cōg. 1.

8 Itaque & ipsi in primis cum Præposito Generali tamquam cum suo, totiusque Societatis capite, singulari caritate, humilitate, & obedientia interna, & externa, coniuncti esse debent, & eius coniunctionis exemplum alijs esse, verbis, ac factis eius apud omnes & nostros, & externos auctoritatem, & eorum erga ipsum beneuolentiam non solum conseruantes, sed omnibus etiam modis, quibus poterunt, augentes.

H 4 9 Caueant

9. Caueant ne officij sui occasione, de ea interiore, vel exteriori reuerentia, quam Superiori debent, aliquid minuant. Quare cū Præpositus Generalis, ipsis auditis (aut etiam si iustis de causis aliquando illi visum fuerit, non auditis) aliquid statuerit, iudicium ipsi suum, illius iudicio submittent: Neque extra Consultationē, aut quod statutū fuerit sibi displicere, aut se in alia fuisse sententia significabunt, laudent potius Superioris consilium, atque tueantur,

P. 9. c. 6
S. 11.

10. Attendent diligenter ijs rebus, quæ vel a Præposito, vel a Secretario eius nomine proponuntur; & ad tempus Consultationi designatum parati sint, & vocati nulla interposita mora, vel excusatione veniant.

P. 9. c. 6
S. 10.

11. Notent in litteris, quæ a mandatis sibi Prouincijs missæ fuerint ea capita, quæ consideratione, aut Consultatione indigere videbuntur; & quæ sibi a Secretario, vel ab alijs Assistentibus ex aliarum Prouinciarum litteris considerata dabuntur, quantum licebit, considerabunt; vt bene de omnibus rebus instructi, cum a Præposito rogabuntur melius sententias dicant.

12. Conferant inuicem, si quid ad rem facere magnopere videatur, vt res inter se discussas Generali referre possint. Et in vniuersum in considerandis, & tractandis rebus tam ad doctrinam, quam ad praxim per-

P. 9. c. 6
S. 10.

pertinentibus, quæ altiorem considerationem postulant, iuuare Præpositum, ac subleuare debent.

13 Quæ vero de rebus ad sibi commendas Prouincias pertinentibus consultanda erunt, curent ne prætermittantur, sed vt statutis temporibus in Consultatione tractentur: & si res vrgebunt, Secretarium, vel Præpositum admoneant, sibi de illis extraordinario tempore agendum videri, quod dilationem commode non ferant.

14 Litteras de negotijs suarum Prouinciarum, per Procuratorem generalem agendis, ad Generalem missas, sibi que datas videant, & Procuratori reddant. Negotia vero, quæ per eum agenda erunt, diligenter agi curent; & si quid Generalis commodius per eos agi posse iudicauerit, id ipsi eadem agant diligentia. Litteras rursus Procuratoris de negotijs ad suas Prouincias legant, & Secretario mittendas tradant.

15 In ipsis Consultationibus, sinceram intentionem habeant, & a perturbatione liberam; vt fideliter, & debita cum libertate, ac modestia Caritatis, & Obedientiæ memores, sententiam dicant.

16 Ré, de qua consultatur, bene intelligat, nec sint in dicendo præcipites, sed negotio secū cōsiderato, & oratione præmissa, præsertim cū de rebus agitur difficilibus, sententiam

sententiam suam aperiant: quod si quid ex tē-
pore discutiendum proponeretur, & id si-
bi maturius considerandum iudicauerint,
Superiori significabunt.

17 Explicare breuiter debent senten-
tia suæ rationes, quod si ad rem confir-
mandam, aliorū rationes essent dissoluen-
dæ, id etiam modeste faciant.

18 Etiam si non interrogentur, si quid
tamen in mentem venerit, quod ad com-
mune bonum, vel alicuius loci, aut perso-
næ particularis pertineat, poterunt id Su-
periori proponere vt is statuatur, num ea de
re sit deliberandum, nee ne.

19 Si summus Pontifex aliorum relatu
adduci videretur, vt Præpositum Gene-
ralem, quo non conuenit ad commune
bonum Societatis, & maius Dei obsequiū,
mittere cogitaret; Assistentium erit offi-
cium, nomine totius Societatis, quod res
habet, bene illi referre, & quid incommo-
di ex ea missione Societas acceptura ti-
meatur, fideliter exponere, vt ipsorum au-
ditis rationibus, statuatur, quod in Domino
uisum fuerit.

20 Quod attinet ad curam corporis Præ-
positi Generalis, quam illis Societas tradi-
dit, videant ne in laboribus, vel rigore ni-
mio mensuram excedat; & victum, vestitū
& expensas omnes ad Præpositi personam
pertinentes augere poterunt, aut minuere,

pro

P. 7. c. 1
S. 2. &
& lit. D.

P. 9. c.
4 S. 2 &
3. & Ca
no. 34.
Cōgr. 1

prout Deo gratus fore iudicabunt.

Quales 21 Inter se Assistentes omni diligētia
inter se curare debent, vt non solum cōmuni stu-
dio iuuandi Societatem, sed mutua etiam
caritate, religiosa concordia, iudicio, con-
silioq; rerum agendarum, & ipso eas agen-
di modo, omnino consentiant. Nemo au-
tē se alterius negotijs ingerat, & quod de
vnione, atque concordia, tertia parte Con-
stitutionum, capite primo, paragrapho de-
cimo octauo, & octaua parte, capite pri-
mo, paragrapho octauo omnibus dictum
est, sibi proprie dictum existiment.

22 Alter alterum honore præueniat, &
apud alios alter alterius existimationem,
verbis, factisque tueatur: si vero contingat
aliquem in Consultationibus diuersæ, aut
etiam singularis esse sententiæ, nemo vl-
lam ab eo alienationem, vel habeat, vel
ostendat.

Quales 23 Erga alias personas Societatis, ita
erga a- munus suum exequantur, vt nullius Supe-
lias per rioris officium vsurpare videantur. Eorum
sonas igitur gubernationem, & necessariam sub-
Societa ordinacionem iuuent, non impediant.
tis.

24 Neque ea, quæ in Cōsultatione quis-
que senserit, neq; ea, quæ proposita fuerint
aut definita, alijs significare debent, præci-
pue cum res ipsæ secretum exigunt. Supe-
rioris autem erit, ea, quæ definiuntur, pro-
mulgare, cum opus esse iudicauerit.

25 Idem

25 Idem de litteris ad se scriptis, aut a Generali, Secretario, vel alijs Assistentibus sibi ostensis, & de ijs etiam, quas ipsi de rebus Societatis scripserint, deque omnibus secretis scriptis intelligendum est, quæ omnia ita clausa habere debent, vt a nemine legi possint, & quæ in illis scripta erunt, si ad personas, vel ad secreta negotia Societatis pertinebunt, nemini indicabunt; Eadem denique se, qua Secretarium, seruandi secreti lege teneri sciant.

26 Scribere vero litteras ad alios, vel ab alijs scriptas accipere, sine generali, aut speciali Præpositi facultate, non poterunt; præsertim de negotijs Societatis, aut etiã externis: suas autem litteras, & quas ad se alij de Societate scripserint, intelligant ab immediatis ipsorum Superioribus aperiri posse; & vt id fiat, æquò animo ferre debent.

P. 3. c.
1. lit. B.

27 Cum aliquis ex ijs, qui in Societate sunt, aut per litteras, aut alia ratione Assistentem aliquem consuluerit, ita respondeat, atque ita eum consoletur, & iuuet, vt nec vanam illi spem inijciat, qua Generali molestia, & labor generetur, omniumque Superiorum, præsertim Generalis, simul auctoritati consulat.

RE-

REGVLAE ADMONITORIS

Præpositi Generalis, in quarta Congre-
gatione generali confectæ,
& approba-
tæ.

Decret.
50. Cō-
gre. 4.



ADMONITOR Præpositi Ge-
neralis accedens ad Deum in ora-
tione, postquam Diuinam Bonita-
tem consuluerit, & æquum esse iu-
dicauerit, admonere tenetur cum
modestia debita, ac humilitate;

P. 9. c.
4. §. 4. &
Can. 34
Cōg. 1.

quid sentiat in eodem Præposito requiri ad maius
obsequium, & gloriam Dei.

2 Ea modestia, & humilitate officium suum
obeat, vt subditum decet erga Superiorem totius
Societatis, quem Christi loco habet; niti etiam de-
bet, ne huius muneris occasione, Reuerentia, atq;
Obedientia interior, vel exterior in ipso debilior
reddatur.

3 Animaduertat tamen ne Reuerentia hæc, &
Obedientia fidelitatem, aut necessariam liberta-
tem opprimat, quominus Præpositum admoneat
de ijs, quæ præmissa oratione proponenda in Do-
mino iudicabit.

4 Quamuis non teneatur de his Generalé ad-
monere, quæ illi proponenda duo vt minimū Assi-
stentes non iudicauerint; tamen eorum etiã, quæ a
singulis Assistentiū ei proposita fuerint, præcipuã
habeat rationem. De ijs vero, quæ siue ipsi in men-
tē venerint, siue ab alijs suggerentur, tum demum

Gene-

Generalem admonebit, cum præmissa oratione, ea non leuis esse momenti in Domino iudicauerit, siue illa ad personam, siue ad officium Præpositi pertineant. Procedatque in his omnibus iuxta caput quartum, & quintum nonæ partis Constitutionum, & Decretum tertium tituli sexti, Congregationis primæ.

Can. 34.
Cōg. 1.

5 Ea, quorum Præpositum admonuerit, meminerit tacitus apud se seruare, quamuis interrogatus ab Assistentibus de ijs, quæ ipsi commisissent dicenda, rationem sui officij, & responsionis Patris Generalis, eis debet reddere; ceteris vero factis erit significare se proposuisse.

6 Cum Præpositus cuiusquam rei admonitus, illi remedium non adhibuerit, Admonitoris erit, cum debita submissione iterum, & sæpius eum cōmonefacere, & sic functus erit officio suo.

7 Caueat ne occasione sui officij, debitam submissionem, & obseruantiam subditorum

erga Superiorem totius Societa-

tis aliqua ex parte immi-

nuat, aut debili-


tet.


F I N I S.


R E G I S T R V M.

† A B C D E F G H.

Omnia sunt folia.







f

